



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2. De Comparata authoritate Papæ, & Concilij apologiæ, pars prima, &
secunda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

ligatur, quod ipsum totum ratione suae totalitatis habet potestatem iurisdictionis, obstat tria, primo quod equalis inter se poneretur in qualibet ecclesia, quoniam una tantum potestas a Domino nominata est, & non magis de vna quam de alia ecclesia, ut patet in litera, & ex antecedentibus. Secundo, quod esset maior intentio potestatis totius ecclesiae, quam illa, quodcumque ligaueris, &c. Et tenet sequela, quod potestas totius ecclesiae ratione suae totalitatis ponitur superior, etiam respectu papatus. Falsitas autem consequentis patet etiam ex verbis Domini eadem verba replicantis, quae Petro dixerat, scilicet Quaecumque solueritis, &c. Tertio, quod non esset data a Christo immediate, Matth. 18. quod tamen est totum fundamentum istorum. Et tenet sequela: quia nunc non erat institutum sacramentum ordinis, quod constat esse institutum simul cum eucharistiae sacramentum, Pridie quam Dominus pateretur. Non igitur dedit Dominus tunc ecclesiae, id est communitati Sacerdotum, Diaconorum & episcoporum (qui inter generalia concilia) potestatem iurisdictionis: quia non erant sacerdotes, nec Diaconi, nec episcopi, nec clerici: non enim autem nil datur. Et si datur, quod Dominus tunc non dedit, sed promissit se daturum in illis verbis, Quaecumque ligaueritis, &c. habeo intentum, quod nullibi in sacra scriptura habetur, quod Dominus per semetipsum immediate ecclesiae communitati potestatem iurisdictionis dedit. Et si instetur: quia quod promissit seruauit: patet responsio, quod non promissit per semetipsum immediate se daturum (ut patet in litera) & ideo non oportet, quod hoc obseruauerit: satis namque fecisset promissioni suae sicut in veritate de facto verificauit illa verba sua mediante Petro in uniuersis ecclesiis. Quia igitur de ecclesiae communitate quomodolibet sumatur, non verificantur ratione suae totalitatis verba Domini Mat. 18. in quibus totum sit fundamentum ex autoritate scripture, tota aduersariorum opinio stat in hoc, quod communitas ecclesiae ratione suae totalitatis habet potestatem immediate a Domino: consequens est ut verba Domini verificentur de ecclesia ratione partium (puta capituli) ut praedictum est. Et propterea communis animi concepitio fidelium est, Dic ecclesiae, id est, Praelato ecclesiastico, ratione cuius ecclesia ipsam potestatem habet.

CAPVT VI.

Quomodo potest (condescendendo multorum sensui) intelligi quod Ecclesia ratione suae totalitatis, habere potest & habet quauis potestatem aliquam iurisdictionis.

Obseruandum Quoque est, ne fallamur, videntes quaeque autoritate iurisdictionis ecclesiasticae in ecclesia ratione suae totalitatis: & pro ea falsa iudicemus praedicta. Non enim docuimus aut docemus non conuenire ecclesiae potestatem quadoque ratione suae totalitatis, sed sic non esse datam ei a Domino Iesu Christo immediate per illa verba Matth. 18. Non nego enim quod episcopi orientales conuenientes possint simul quasi vnum corpus & vnam autoritatem ex suis conficere, sed etiam singulos subiiciendo illi: & sic illa potestas in toto illo corpore ratione suae totalitatis existens, statuet supra illas ecclesias, actusque iurisdictionis exercebit. Sed tamen nihil poterit illa potestas, nisi quod ex potestatibus singulis, & illarum subiectis confurgere potest, propter quod si esset aliquid referuarum Romano pontifici, non posset potestas illa absolueri ab illo.

et similiter omnes uniuersi orbis flati, mortuo summo pontifice, vel sine illo, si conuenirent communicando in vnum corpus, & vnanimis in constituendo, constituerent in tota synodo illa potestatem unam super omnes ecclesias, his tamen exceptis, quae summi pontificis sunt propria. Simili quoque modo, quum papa, cum reliquis praelatis orbis Concilium celebrando simul cum eis constituit, absoluit, damat, &c. communicando cum aliis, quasi unus ex eis facere uideretur. In his enim omnibus & similibus non est aliqua potestas immediate data a domino Iesu Christo ipsi communitati primo: nec est aliqua extranea potestas a potestatibus partialibus, sed velut potestas totalis confurgens ex partialibus. Quemadmodum enim in naturalibus inuenitur differe forma a forma dupliciter, scilicet ut una forma separata ab alia, ut forma solis a formis mixtorum, & ut forma totius a forma partis, ut humanitas ab anima hominis: ita potestas papae differt ab aliis primo modo; & potestas synodi differt ab his ex quibus accumulatur, secundo modo. Et ista potestas in tota synodo per viam communionis seu accumulationis in communi a singulis partibus liberalius vel minus liberaliter, prout partibus & praecipue principi uideretur, qui numquam totam suam auctoritatem accumulare in communi intelligitur, sed quantum ad illa tractanda expedit. In cuius signum non intelligitur, se subiicere synodi potestati coactiue, quantumcumque statutis synodi consentiat, communi bus oibus ecclesiae personis. Et ex hoc patet, quod si tota ecclesia secluso papa, aliquem praeficeret curae ecclesiae, ille esset subditus papae, nec posset a casu papali absolueri, quod non esset, si ecclesia haberet vniuersalem, & plenam potestatem immediate a Christo ratione suae totalitatis, secluso papa. Et similiter papa potest quantum est ex potestatis auctoritate, tollere statuta Concilii generalis, etiam de consensu & autoritate sua facta, quod non esset si ecclesia integra ratione suae totalitatis haberet potestatem uniuersalem, & plenam a Domino Iesu Christo. Ex omnibus autem dictis euulsam iam esse radicem ex iure diuino opinatam potestatis ecclesiae supra papam, liquido apparet.

TRACTATUS SECVNDI

Apologiae secunda pars in nouem & uiginti capita diuisa.

S Y M M A R I A.

- 1 Responsio ad obiectionem contra illud, quod Dominus Ecclesiae regimen sic ordinauit, ut summum Pontificem institueret, a quo via ordinaria in reliquum Ecclesiae potestas deriuaret: & quod Apostolis alijs via praerogationis gratuita potestatem dedit.
- 2 Responsio ad obiectiones contra illud, quod papa est caput vniuersalis Ecclesiae et non solum singulorum membrorum.
- 3 Responsio ad obiectiones contra illud, quod Concilium auctorizatum a papa non est maioris auctoritatis, quam ipse papa.
- 4 Responsio ad obiectiones contra illud, Si communitas Ecclesiae secluso papa haberet potestatem supra papam ecclesiae regimen esse populare.
- 5 Responsio ad obiectiones contra illud, quod papa est supra communitatem totius ecclesiae ex illa auctoritate, Pasce oues meas, & quod papa est pastor vniuersalis ecclesiae, & non solum singularum ouium.

- 6 Responſio ad obiectiones contra illud ex illa auctoritate, ſicut vnus ouile & vnus paſtor, quod papa eſt paſtor illius ouilis, & e conuerſo.
- 7 Responſio ad obiectiones contra illud, Non minus papa eſt paſtor eccleſie catholica, quam quilibet Epicoſopus eccleſie ſue, inferendo ex hoc ſuperioritatem papæ ad eccleſiam.
- 8 Responſio ad obiectiones contra illud, papa habet ſupremam poteſtatem in eccleſia, ergo eſt ſuper vniuerſalem eccleſiam.
- 9 Responſio ad obiectiones contra illud, papa eſt proximus & immediatus vicarius Chriſti, ergo nullam habet in terris poteſtatem priorem ſe, &c.
- 10 Responſio ad obiectiones ſeptem contra illud, papæ poteſtas eſt ſupra eccleſiam vniuerſalem, & concilium generale, vt diſtinguitur contra Papam.
- 11 Responſio ad obiectiones contra illud, quod Conſtan. Concilium pro tempore, quo ſecuti decreta de poteſtate ſynodi, non erat verum Concilium vniuerſalis eccleſie, & quod Baſilien. Concilium errauit illud ſequendo.
- 12 Responſio ad obiectiones contra Gloſſam datam ad illa verba Auguſtini, Quando Petrus claues accepit, eccleſiam ſignificauit, quod per hoc intelligitur claues officio capitis in Petro & ſucceſſoribus datas eſſe.
- 13 Responſio ad nouem obiectiones contra illud, quod papa non poteſt errare errore iudiciali in fide, quia ad ipſum ſpectat finalis determinatio de fide.
- 14 Responſio ad obiectiones contra illam rationem, quare papa non poteſt errare in fide; qui ſcilicet eſſet error vniuerſalis eccleſie, quia tenetur ſequi diſſinitionem papæ in fide.
- 15 Responſio ad obiectiones contra expoſitionem illius verbi Hiero. Si auctoritas queritur, orbis eſt maior & be.
- 16 Responſio ad obiectionem contra multas auctoritates ex libro Decretorum quibus probatur papam non habere ſuperiorem in terris.
- 17 Responſio ad ſeptem obiectiones contra illud quod eccleſia Dei ſecluſo papa non eſt data poteſtas papalis, aut ſuperior papali in Euangelio Mat. & quod in eccleſia huiusmodi non eſt talis poteſtas.
- 18 Responſio ad obiectiones contra illud, quod Ex miſſum eſt ſe, non ſequitur eſſe ſubditum.
- 19 Reſpondeo ad obiectiones contra illud, quod ex 36. q. 2. c. placuit. in ſto c. tria, habetur, quod Hier. auctoritas in nixa ſacra ſcriptura præualuit Concilio.
- 20 Responſio ad obiectionem contra hoc, quod ex auctoritate decret. de elect. in c. ſignificati. dicitur quod Concilia a papa habent auctoritatem.
- 21 Responſio ad obiectiones multas contra illud, quod concilium generale legitime congregatum poteſt errare diſſiniendo, papa aſſente vel non conſentiente.
- 22 Responſio ad plures obiectiones contra illud, quod poteſtas applicatiua papatus ad perſonam, ſeu poteſtas electiua papæ, eſt regulariter & principaliter de papa, & non niſi in caſu in Concilio.
- 23 Responſio ad obiectiones contra illud, quod in eccleſia eſt poteſtas auctoritatiua ſuper coniuunctionem Petri & papatus, non autem ſuper Papam.
- 24 Responſio ad obiectiones contra illud, quod papa poſſet committere poteſtatem depoſitiuam papæ heretici collegio Cardinalium.
- 26 Responſio ad obiectiones contra rationem datam, quare pro infidelitate ſola poteſt papa deponi: quia ſcilicet ſola infidelitas inter crimina contrariatur ad eſſe papæ.
- 26 Responſio ad obiectiones contra illud, quod ex ſacra ſcriptura ſolus caſus hæreſis excipitur ab impunitate papæ reſpectu eccleſie.
- 27 Responſio ad obiectiones contra hoc, quod in ſolo caſu hæreſis papa ſubijcitur eccleſie, ita quod poſſit deponi.

- F 28 Responſio ad obiectiones contra illud quod propter ſcandalum non eſt preſcindendum caput iuxta Domini ſententiam. Mat. 18.
- 29 Responſio ad obiectiones contra illud, quod Deus optimè prouidit eccleſie, diſponens quod orationis remedio contra malum papam vteretur, non autem depoſitionis poteſtate.

IN NOUEM ET VIGINTI CAPITA
Apologiæ ſecundæ de comparata auctoritate Papæ & Concilij.

ET ſic cum utriuſque iuris, naturalis & diuini fundamentum ademptum ſit, ad ſingula obiectiona deſcendendum eſt.

C A P. I.

Dixi In capite tertio illius libelli, Dominum ordinariſſe ſic eccleſie regimen, ut Petrum ſummum pōſticipem inſtituerit, a quo uia ordinaria in reliquum eccleſie poteſtas deriuaret; & quod ipſe Dominus via præuentionis gratuita Apōſtoliſ alius poteſtatem dedit.

Obijcitur contra. In eccleſia fuit poteſtas electiua papæ antequam Petrus fuerit papa; ergo, cū maiori apparentia diceretur, Chriſtum cum fecit Petrum ſummum pōſticipem eccleſiam; & id ex gratia Petro contuliſſe quod eccleſia potuiſſet ordinare ex Chriſti inſtitutione, quam quod præueniret Petrum, dando Apōſtoliſ poteſtatem. Antecedens probatur: quia poteſtas electiua eſt in eccleſia a Chriſto, Mat. 18. &c.

Reſpondeo, Quod aſſumptum eſt falſum: nam, cum electio papæ ſit uicarij principis electio, & ordinariæ electio uicarij cuiuſque principis uicarij & præſentis ſpectet ad ipſum principem: cōſequeſ eſt, ut cum Dominus uſque in diem aſcenſionis, ut princeps præſens fuerit in eccleſia, ad ipſum ordinariæ ſpectabat tunc electio ſui uicarij. Nec unquam inuenitur qd' in Mat. 18. c. nec alibi Dñs dedit eccleſie ius eligendi ſui uicarij ipſo præſente. Vñ Dñs nō pueniendo, ſed inſtituendo & exequendo qd' pmiſerat Mat. 16. Tibi dabo claues regni cœlorū, &c. & 10. 18. Fiet unum ouile, & vnus paſtor, Petri papam & papatum ſimul inſtituit. Rurſus, (ut per antedicta patet,) Mat. 18. poteſtas electiua papæ non eſt data eccleſie. Quomodo autem & inde poteſtas electiua papæ ſit in eccleſia, inferius in cap. 22. dicitur.

Et aduerte hic, quod præuentio, quam ego dixi, ſuper ipſius eccleſie, & ſanctorum determinatione fundatur. Qd' enim a Petro ordinariæ poteſtas in reliquum eccleſie corpus deriuanda ſit, Leo in cap. ita dominus, diſtin. 19. manifeſtat. Quod etiam Domin' ipſum ordinariæ uia inſtituit, ex hoc qd' non ipſum ſolum, ſed in ipſo omnes ſucceſſores ſuos inſtituit, habetur: hoc c. ſtatuentis, nō præueniētis eſt: ſicut per oppoſitū, quia reliquos Apōſtoliſ in proprijs tantum perſonis, & non in ſucceſſoribus ſuis legatos uniuerſales fecit, ad præuentio nem gratuitam ſpectat. Hęc enim eccleſia fatetur Petri ſol' ſucceſſorem uniuerſali poteſtate cognoſcens. Et per hoc etiam patet non fuiſſe in eccleſia ante inſtitutum Petrum papam, poteſtatem electi uam papæ. Nam tantam poteſtatem habet nunc qram tunc: quum papa non poſſit illam auferre, & Dominus qui inſtituendo dederat, eam ſtatim non diminuerit præueniendo ſecundum illos in inſtitutione Petri. Quæ admodum igitur poterat tunc quemlibet alium epicoſum in papam eligere, ita mortuo

mortuo petro qui ex gratia factus fuerat a principe, potest alium episcopum, quam Romanum papam instituire. Et sic Rom. pontifex recognoscere debet se prelatum ceteris ab ecclesia, hoc illi concedente, non auferendo, saltem: cuius tamen oppositum docet pelagius in cap. quamuis. disc. 21. Sancta Rom. ecclesia catholica & apostolica, nullius synodis constitutis ceteris ecclesijs prelata est, sed euan gelica voce Dñi & Saluatoris primatum obtinuit.

Amplius, si Dominus immediatè dedit hanc potestatem electiua papæ vniuersali ecclesiæ, qua præsumptione clerus Romanus & populus eius, &c: usurpauerunt sibi hanc potestatem electiuam papæ tanto tempore antequam institutum aut approbatum fuerit per generale Concilium de electoribus: qua cõscientia tot sancti viri electionem toti ecclesiæ a Christo commissam irrequisitis aliis a paucissimis tractauerunt, fecerunt, acceptauerunt, exercuerunt? Sed de his latior erit sermo: hæc autè dicta sunt ad ostendendam falsitatem assumpti in hac obiectione.

CAPVT II.

Dixi in cap. 4. eiusdem, quod præualuisset sententia Ioan. &c. Sed obiectione contradictionis proprie, cap. 6. tractabitur.

Dixi in cap. 6. eiusdem, Papam esse caput ecclesiæ vniuersalis non solum singulorum membrorum vt inimici veritatis glossant.

Obijcitur contra hoc dupliciter. Primo, quia falsum est papam esse caput ecclesiæ vniuersalis collectiue sumptæ, Tum quoniam ecclesia non est Petri, sed Christi: iuxta illud Matth. 16. super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, non tuam. Tum quia papa est minister ecclesiæ, non Dominus: Ecclesia autem est cui ministratur, ac per hoc maior: iuxta dictum Saluatoris, Maior est qui recubuit, quam qui ministrat. Tum quia omnes autoritates dicentes papam esse caput ecclesiæ, intelliguntur de ecclesia pro singulis ecclesijs particularibus, respectu quorum est caput ministeriale, & non pro tota ecclesia collectiue.

Secundo, quia licet concedatur Petrum esse caput ministeriale etiam totius ecclesiæ vniuersalis: non tamen oportet omnem proprietatem capitis in eo saluari: & specialiter superioritatem in autoritate respectu totius residui. Et hoc præcipue, quia tota ecclesia non dicitur corpus Petri, sed corpus Christi: vt patet ad Ro. 12. Et confirmatur hoc, quia Rex dicitur caput regni, non tamen propterea est regno congregato superior, sed qualibet eius parte.

Respondet. Et ad primi quidem probationem primam quod ecclesiam non esse Petri, sed Christi, non arguit Petrum non esse caput eius: sed Petrum non esse caput illius ex se, sed loco Christi: vt patet. Ad secundam verò probationem, quod Petrum esse ministrum ecclesiæ, vt cui ministrat, non est esse inferioris potestate, sed exercitio: vnde ipse Dominus de seipso dicit, quod venit ministrare, & papa vocat se seruum seruorum Dei, & sic est in veritate. Ecclesiam autem esse maiorem papa vt finis est maior eo quod est ad finem, verificatur quod est esse melius: in his. n. quæ non mole magna sunt, idem est maius quod melius sicut Augustinus. papatus siquidem est propter ecclesiam, & non e contrario. Vnde ex hoc, quod papa non est Dominus, sed minister, & ecclesia maior bonitate & nobilitate, nihil habetur contra potestatem capitis contra quem tenditur. Ad glossam demum communem, dicitur quod licet multæ autoritates possent sic glossari, non omnes tamen sunt illius capaces: vt in libro ostensum est.

A Ad secundum autem dicitur, quod ecclesiam non esse corpus Petri, sed Christi, verum est: quia Christus non solum caput myticum eius, sed myticum suppositiuum ipsius est: vt patet ad Ephes. 1. vbi de Christo duo dicuntur quod est caput ecclesiæ, & quod ecclesia est corpus eius. Et prima ad Corin. 12. expressè dicitur. Sicut. n. vnum corpus est & multa membra habet, omnia autem membra corporis eum sunt multa, vnum tamen corpus sunt: ita & Christus. Ex hoc autem, quod ecclesia est corpus Christi & non Petri, non sequitur quod Petrus non sit caput loco Christi, sed quod Petrus non ille qui operatur per membra huius corporis, sed Christus, qui per petrum & ceteros operatur. Et similiter non sequitur, quod illud caput loco Christi non sit superius autoritate resti duo corporis Christi, vt manifestè liquet. Ad confirmationem dicitur dupliciter. Primo quod nullus dicit quod ex esse qualitercunque caput alicuius multitudinis, sequatur potestas iurisdictionis super illa multitudinem, cum multipliciter aliquid possit dici caput alterius metaphoricè. Papa autem est sic caput, quod est pastor, episcopus, & rector totius ecclesiæ, & non solum singularum, vt autoritatibus & ratione ibi probatum est. Dicitur secundo, quod sicut Rex est caput regni, ita superior eo, & propterea rex qui dependet a regno collectiue, non est caput illius: & ideo non est superior eo, sed singulis partibus. Rex autem qui etiam a regno collectiue non dependet (vt est Rex regum) est caput etiam totius congregati, & superior eo. Vnde arguere ab esse caput in Rege dependente a regno, ad esse caput in papa, non est rectum: eo quod papa non dependet a regno ecclesiæ, nec vices ecclesiæ gerit sicut rex talis vices regna: sed solus Iesu Christi vicarius est.

B Obijcitur contra hoc dupliciter. Primo, quia falsum est papam esse caput ecclesiæ vniuersalis collectiue sumptæ, Tum quoniam ecclesia non est Petri, sed Christi: iuxta illud Matth. 16. super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, non tuam. Tum quia papa est minister ecclesiæ, non Dominus: Ecclesia autem est cui ministratur, ac per hoc maior: iuxta dictum Saluatoris, Maior est qui recubuit, quam qui ministrat. Tum quia omnes autoritates dicentes papam esse caput ecclesiæ, intelliguntur de ecclesia pro singulis ecclesijs particularibus, respectu quorum est caput ministeriale, & non pro tota ecclesia collectiue.

C Obijcitur contra hoc dupliciter. Primo, quia falsum est papam esse caput ecclesiæ vniuersalis collectiue sumptæ, Tum quoniam ecclesia non est Petri, sed Christi: iuxta illud Matth. 16. super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, non tuam. Tum quia papa est minister ecclesiæ, non Dominus: Ecclesia autem est cui ministratur, ac per hoc maior: iuxta dictum Saluatoris, Maior est qui recubuit, quam qui ministrat. Tum quia omnes autoritates dicentes papam esse caput ecclesiæ, intelliguntur de ecclesia pro singulis ecclesijs particularibus, respectu quorum est caput ministeriale, & non pro tota ecclesia collectiue.

CAPVT III.

Dixi in eodem cap. 6. quod potestas electiua ipsius papæ, in papæ potestate est. Sed quia in c. 22. latius tractatur, ibid. obiectiones soluentur.

Dixi in eodem c. 6. quod non est maioris autoritatis Concilium autorizatum a papa, quam ipse papa.

D Obijcitur contra. Primo ex glossa in c. legimus. 93. dist. Statuta Concilij generalis præiudicant statutis papæ, si contradicant.

Secundo, quia constitutio Calcedonensis Concilij præualuit reclamationi Leonis de Constantinopolitana sede, vt patet in cap. antiqua. de priuilegiis. & 22. dist. renouantes.

Tertio, quia consuetudo generalis ecclesiæ pontificale statutum abrogat.

Respondet. Et de glossa primo dico quod ipsa met non assertiue dicit illam sententiam, sed argumentum ad illam dicit: vt patet etiam seipsa in c. nemo. q. 9. ad quam se remittit.

E Secundo dicitur, quod verificatur de statuto Concilij superuenientis statuto papæ: quoniam quemadmodum ipsemet papa ius condedito priori contrarium, illud tollit (vt patet in c. licet, in sexto) ita etiam Concilij autorizati a papa constitutio papæ constitutionem priorem contrariam tollit.

De vigore autem Concilij circa sedem Constantinopolitanam, dicitur quod non concludit superioritatem Concilij supra papam, sed tolerantiam papæ. Videmus. n. continue prelatos cedere multitudini magnatum: quamuis si potestate vti vellent, competere possent. Quamuis de reclamatione Leonis nihil in capitulis illis habeatur, imo ibi humilis est loquutio dicentium, Petimus, &c.

De vi autem consuetudinis vniuersalis dicitur, quod

quod si hoc concluderet ecclesiam supra papam: concluderet et ecclesiam supra se ipsam ecclesiam: quoniam etiam statutum vniuersalis ecclesie, generalis consuetudo abrogat: vnde abrogatio istiusmodi non fit potestatiue, sed executiue ex parte ecclesie, & negatiue ex parte principis: quia scilicet non cogit.

C A P V T I I I .

Dixi in eodem sexto cap. q. si ecclesia, hoc est communitas ecclesie, secluso papa, haberet potestatem supra papam, quod ecclesie regimen esset democraticum, seu populare: in quo tota autoritas apud nullum residet, sed in tota communitate.

Obijcitur contra sequelam: quia non dicitur regimen regale, in quo fit vnicus toto residuo superior; quia tunc non esset in ciuilibus aliquod regimen regale: sed quia est vnicus, qui totius populi vices gerit quolibet particulari superior.

Respondet, quod sequela est optima formaliter intellectus terminis; quia, si in tota communitate sola est autoritas; ergo ut sic constituit regimen populare: quamuis in quantum aliquem vnum praeferat, constituat aliam speciem regiminis. Rursum sequela est optima de supremo regimine ecclesie de quo est quaestio: quoniam, si in tota communitate & sola est vniuersalis ecclesie potestas, summum regimen, summumq; tribunal eiuudem, ad quod omnia resoluenda sunt, esset populare (ut patet) quicquid esset de regimine medio per vnum. Vnde, si in regno aliquo populus est supra regem, manifeste sequitur, & quod communitas populi, ut sic regimen est populare, & quod summum tribunal est populare: quamuis exerceat per aliam regiminis specie (puta per regale) supra alios iurisdictionem suam communiter. Nihil igitur obstant obiecta dictis; quoniam cum regimine regali medio, stat supremum populare, de quo est quaestio, & formalis sermo.

C A P V T V .

Dixi in c. 7. probando quod papa esset supra communitatem totius reliqua ecclesie, ex illa autoritate, Pasce oues meas, &c. quod papa est pastor vniuersalis ecclesie, & non solum singularium ouium.

Obijcitur respondendo dupliciter. Primo per interemptionem negando. s. hoc. Secundo per limitationem, quod papa est pastor totius ecclesie quantum ad administrationem pabuli spiritualis verbi Dei & sacramentorum. Hac enim non exercentur per communitatem, sicut actus iuridici.

Respondet, & negatio quidem irrationabilis inferius in 70. cap. ratione monstrabitur: nunc autoritate inducta ostenditur. Quum Dominus dicit, Pasce oues meas, illimitate admittitur: ergo non est limitandum ad singulas & non omnes, ut negatio ista limitat: nam singulae, & omnes suae oues sunt. Secunda autem responsio aut nihil dicit, aut seipsam interimit. Nam dupliciter potest intelligi concessum, quod papa est pastor totius ecclesie quantum ad administrandum uerbum Dei & sacra, primo autoritatiue, secundo ministerialiter, respectu totius ecclesie. Si autoritatiue, ergo ipse vere superior tota ecclesie cõitate est; nam autoritatiue pascere verbo Dei & sacris, est actus superioris absolute respectu illius, qui sic pascitur, ut patet inductiue: & sic responsio interimit seipsam. Si autem ministerialiter, ergo non habet papa ex se in pascendo plusquam in actibus iuridicis: potest siquidem, & actus iuridicos omnes, ut minister ecclesie cõitatis apud istos. & sic rursus nihil dicit. Est ergo papa vere pastor autoritatiue vniuersalis ecclesie, & singularum personarum eius

in iudicio, & iustitia & verbo Dei, &c. vide illius quod pascit omnes in innocentia cordis sui.

C A P V T V I .

Dixi in eodem septimo capitulo ex illa autoritate, Fiet vnum ouile & vnus pastor, quod papa est pastor illius ouilis, & non econuerfo.

Obijcitur, quod Christus dixit Petro, pasce oues meas, non tuas: & quod Christus dedit potestatem ouili supra pastorem.

Respondet, quod d Petrum esse pastorem ouium non suarum, sed Christi, concludit ipsum esse pastorem non ex se, neque loco ecclesie communitatis, ut obijciens dicit: quoniam oues nec sunt Petri, nec sunt communitatis ecclesie, sed loco Iesu Christi, cuius solius sunt oues propriae. Vnde ex hoc nihil aliud habetur nisi quod Petrus praestitit ouili non suo, sed Christi: non ex se, sed loco Christi. Quod autem additur, Christum dedisse autoritatem ouili supra pastorem, voluntarie dicitur, & ipsis verbis Domini dissonat & repugnat: Dissonat quidem, quia ouile illius pastoris ecclesiam constituit, regulare est autem ut pastor praestitit ouili, & non econtra. Repugnat autem, ut ibidem deductum est, quia non fieret vnus pastor iuxta uerbum Domini, sed duo: scilicet Petrus & ipsum ouile. Et, quia de Petro uoce Domini constat dicentis, pasce oues meas, & quod vnus tantum sit, eiusdem autoritate Domini patet, consequens est ut alter pastor fictus sit contra Domini sententiam.

C A P V T V I I .

Dixi in eodem septimo cap. quod non minus papa Episcopus ecclesie Catholicae, quam quilibet episcopus suae ecclesie, ex hac propositione inferendo superioritatem eius super ecclesiam catholicam, & non solum super singula membra, sicut est in alijs episcopis respectu suarum ecclesiarum.

Obijcitur contra similitudinem. Tum quia Episcopus particularis gerit vices vniuersalis ecclesie: quae est supra suam communitatem. Tum quia ecclesia particularis, cui praeficitur episcopus, habet superiorem in terris, quod praeficit illum Episcopum.

Respondet, & primo, quod ratio non fundatur super similitudinem: sed super proprietate huius sententiae, papa est episcopus ecclesie catholicae, quantum ad declarationem ex simili, imo eadem ratione in alijs episcopis, Amb. est Episcopus ecclesie Mediol. &c. Vnde, cum ex ista propositione formaliter intellecta, papa est Episcopus ecclesie catholicae, sequitur ipsum esse Episcopum communitatis ecclesie, satis habetur intentum.

Obiecta autem afferunt dissimilitudinem, in non causa ut causa. nam in eo, quod est esse episcopum catholice, uel talis ecclesie potest considerari quid importet esse episcopum, & potest considerari a quo fiat episcopus. Et obiecta quidem procedunt considerando a quo fiat, uel fieri debeat episcopus: ratio autem procedit considerando quid est esse episcopum. Constat autem, quod ad iudicandum de naturis rerum, causa formalis, & quod quid est concipit efficaciter undecumque fiant effectiue: siue enim homo fiat a Deo, ut Adam, siue ab alio homine, ut nos: unius naturae sumus. Et similiter siue episcopus fiat a papa, siue ab uniuersali ecclesia, siue habeat superiorem, siue non: unius naturae est, in quantum episcopus: quamuis alterius naturae sit, in quantum subditus. Vnde ut vnico uerbo dicatur, ratio de episcopo, ut sic, loquitur: obiectiones autem de episcopo, inquan-

inquantum subditus alteri & alterius & ab altero. A
Propter quod cum papa sit vere episcopus ecclesie
catholice, sequitur, ut ibidem dixit, quod est primo
episcopus ipsius ecclesie catholice, & secundo
singularium. Tamē quia non minus est ipse catho-
licae ecclesie episcopus quam Ambr. Episcopus ec-
clesie Mediol. esset. n. longe minus, si non esset epi-
scopus totius, sed singulorum membrorum tm.
Tum quia actus proprius epi. qui est superintende-
re, primo fertur super bono ipsius catholice eccle-
siae, & secundo super bono singulorum, ut patet
ex hoc, quod papa ad hoc tenet sub peccato morta-
li ex hoc quod est papa: constat autē potestates per
actus proprios cognosci. Nec ad hoc video respon-
sionem; nisi diceretur, quod papa habet hūc actū,
inquantum gerit vices vniuersalis ecclesie, cui pri-
mo cōuenit iste actus, & ex eius commissione con-
uenit papae. Sed hęc responsio potest dupliciter in-
telligi. Primo, quod papa habeat hūc actum depen-
denter ab ecclesia; sicut Rex creatus a regno, & in
hoc sensu falsa est: quia sic papa esset vicarius eccle-
siae, & non immediate ipsius Iesu Christi: quod de-
monstratum est esse falsum, & amplius monstrabi-
tur. Secundo potest intelligi quod papa habeat hūc
actum ex suo officio, suppleto id, quod ecclesiae
conueniret, si non esset subdita. Et in hoc sensu est
vera responsio: sed nihil obstat rationi, ut patet. C

CAPVT VIII.

Dixi in eodem 7. c. quod papa habet supremā
potestatem in ecclesia Dei: & ex hoc deduxi
hoc ipsam esse supra vniuersalem ecclesiam.
Obijcitur glossando, primo, quod potestas papae
dicitur suprema respectu potestatum particularium,
non autē respectu potestatis cōitatis totius ecclesie.
Dicitur secundo, quod ex hoc quod ponitur su-
prema potestas in papa, & suprema potestas in eccle-
sia, nō sequitur, quod sint duae supremae potestates
in ecclesia Dei: quia potestas papae est propter ec-
clesiam: iuxta illud, posuit vos Deus regere eccle-
siam, vbi autem vnum propter alterum, ibi unum
tantum, ut patet in Topicis.

Respondeo, & glossa quidem allata repellitur ex
magna differentia inter secundum quid & simpli-
citer. De papa asseritur simpliciter, quod habet su-
premam potestatem in ecclesia Dei, ut patet in tex.
allegato ibi, glossa autem ponit papam habere po-
testatem supremam secundum quid, quia in respec-
tu ad aliquas: & non ad omnes potestates in eccle-
sia Dei. Repellitur quoque ex literali expositione
illius superlatiui supremā, pōt. n. exponi negatiue,
& positiue, i. non habens superiorem, & omni alia
superior, & utroque modo repugnat glossē illi.

Quod autem obijcitur sequela, nihil est: quoniā
si communitas ecclesie est tantē potestatis, quod
papa subest ei, oportet quod obiectum propriū po-
testatis ecclesie, & obiectum propriū potestatis papae
se habeat sicut supra, & subproportionaliter, sicut
ipse potestates. Et hoc etiam est manifestum ex eo,
quod cōmune bonum ecclesie totius est propriū
obiectum potestatis communitatis ecclesie; bonū
autē singulorum est propriū obiectum potesta-
tis papae consequenter loquendo, quia potestas sua
propria sicut illos est primo respectu singulorum, &
respectu boni communis totius, papa non intro-
mittit se, nisi ut vtens potestate ecclesie, ut instru-
mentum illius; essent ergo verissimae duę potesta-
tes: supremae, & subordinate simul, quod est ridiculū.

Ad id vero quod dicitur: Potestas papae est pro-
pter ecclesiam, dicitur quod secundum veritatem

est verum, & nihil iuuat: sed sicut hypotheseis eorū
non esset propter ecclesiam eodem modo forma-
liter sumptam propter quam esset potestas illa ec-
clesiae, quia ista propter ecclesiam collectiue, illa ve-
ro propter ecclesiam distributiue. Vnde cum regu-
la ex vnitatem obiecti non obstat, & potestas non sit
propter potestatem, sed sub potestate, non video
quomodo obstat regula Topica.

CAPVT IX.

Dixi in eodem 7. cap. quod papa est proximus
& immediatus vicari⁹ Christi: ergo nullam
habet in terris potestatem priorem se: & in-
de intuli, ecclesiam non habere immediate ordina-
riam autoritatē a Christo, & papam non median-
te ecclesia habere autoritatem, &c.

Obijcitur glossando, quod papa dicitur immedia-
tus vicarius Christi: quia potestas vicariatus sui est
immediate instituta a Christo & ecclesiae collata,
& non propterea quod habeat a Christo non me-
diante ecclesia, ita quod papa est immediatus vica-
rius Christi, sicut apud Apostolum, Reges sunt mi-
nistri Dei in vindictam malefactorum, qui tamen
mediate populo fiunt.

Respondeo, & glossa quidem repellitur ex diffe-
rentia inter medium in instituendo principatum,
& medium in principando, differunt. n. hęc sicut
coelum & terram. Et esse immediatum, vel media-
tum vicarium, non attenditur secundum institutio-
nē solam, sed secundum ipsum principaliter. De-
claro singula breuitatis causa in exemplis, Christus
instituit absque medio potestatem episcopalem &
sacerdotalem, instituit mediante ecclesia potestatem
ordinum minorum, & subdiaconatus secundum
aliquos in istis est medium in instituendo, in illis
non. Papa instituit legatum, qui committit vices
suas alteri, legatus principis sub papa absque medio,
vicari⁹ autem legati cum medio in principando,
dependet enim principari huius a principatu lega-
ti, & non sola electio ipsius. Ex his autem liquet
quale medium negatur, quum absolute dicitur
aliquis immediatus vicarius alicuius principis:
quod scilicet negetur medium in principando, ut
patet inductiue. Vnde cum papa absolute, & absque
limitatione aliqua asseratur proxim⁹, & immedia-
tus Christi vicarius, negatur medius principatus
inter Christum & papam inferior Christo & supe-
rior papa, cuius vices gerit papa. Si. n. medius princi-
patus talis est, ut isti concedunt ponentes ecclesie
totius communitatem esse talem, principatum, li-
cet papa posset dici vicarius Christi: non tamē pōt
vere dici simpliciter & absolute immediatus vica-
rius Christi, sed immediate vicarius ecclesie, & me-
diante ipsius Christi. Immediatio autē institutionis
potestatis papae a Christo, non facit ipsum papam
Christi vicarium immediatum, nisi secundum quid
scilicet secundū potestatis institutionem: sic enim
quilibet episcopus potest dici immediatiter vicarius
Christi, quia cuiuslibet potestas immediate est insti-
tuta a Christo. Constat autem quod aliud intendit
determinatio ecclesie & Sancti patres, cum asseri-
tur papam immediatum esse vicarium Christi. Vn-
de ratio stat in suo robore.

Ad id verò quod additur de simili in Regibus,
dicitur, quod non dicuntur proximi & immedia-
te ministri Dei, sed vices multitudinis gerendo, Dei
ministri proculdubio sunt. Longe autem aliter est
de papa, qui non gerit vices multitudinis, sed Iesu
Christi. Et scito, quod inter Regem creatum a po-
pulo, ut Saul (ut stando in naturali iure fit) & Re-
gem

gem datum a Deo. vt David, & papā factū a Christo, vt Petrus, & papam electum ab ecclesia, vt reliqui, tanta est in presentando populum differentia, quod Rex tā creatus a populo, quam datus a Deo, populum & eius potestatem repraesentat: licet nanque in fieri differant inter se, quia alter a populo, alter a Deo praeficitur in natura tamē officii, & potestatis non distinguuntur. Nam quemadmodum organum naturale (puta manus) sit a Deo miraculose, perinde est ac si esset a natura, ita organū politicum, puta Rex cū est a Deo perinde est ac si cēt a populo, & ppea eius potestatem vtroque modo factus representat & exercet: illiusque vices gerere dicitur, & non Dei immediate. Papa autē siue a Christo immediate, siue ministerio ecclesiae mediante factus eiusdem est naturae & potestatis, & nō representat potestatem populi ecclesiastici, nec ipsū, sed Dñm Iesum Christū immediate, & illius solius vices gerit immediate. Et ratio diuersitatis in Rege & Papa est: quia potestas regia naturali iure est in populo primo, & ex populo deriuatur ad Regem: potestas autem papalis supra naturā est, & diuino iure in persona vnica, nō in cōitate primo est: statuēte Christo, Ioan. 10. formam supremi ecclesiastici Regis in vnica persona, cū dixit, Alias oues habeo, & illas oportet me adducere: & fiet vnū ouile, & vnus pastor: & determinate eodē talem formam ad personam Petri in sua perpetua successione, Ioan. vlt. cum dixit illi, Pisce oues meas. Vñ papa solius Christi vicarius est, & non ecclesiae. & ppea diffinitum est per ecclesiam, quod papa in Beato Petro officium suū vniuersale suscepit vt patet ex allatis in libello, & c.

C A P V T . X .

Dixi in eodem 7. cap. conclusio nem hanc, Papae potestas est supra ecclesiam vniuersalem, & Conciliū gñale, vt distinguit contra papam.

Obijcit. Primo autoritate Augustini in epistola ad Glorierum Eleutium. Felicem Grammaticum, & c. quae inter Epistolas est 162. ubi loquens de depositione Cęciliani Carthag. episcopi, dicit, ecce putem illos episcopos qui Romę iudicantur, non bonos iudices fuisse: restabat adhuc plenariū ecclesie vniuersale Conciliū, vbi etiam cum ipsis iudicibus cā posset agitari: vt si male iudicasse conuicti essent, eorum sententia solueretur, & c. & inter episcopos Romę iudicantes, cōprehendit Melchiam papam, ut patet ex epistola illa. Ex quibus verbis manifeste sequitur, quod a papa & Concilio summi particulari, potest appellari ad: Conciliū vniuersale, & sententia eiusdem solui:

Secundo, autoritate octauę synodi, can. uigesimo primo, cuius pars habet uigesimam secundam dist. in ca. diffinimus, ubi dicitur, Vniuersalis synodus cum conuenienti reuerentia, quamlibet quæstionē de Romano. sed exortant audire tenetur, & in ea proficere: non tamen audacter sententiam in Romanū Pontificem dicere. Ex quo patet quod licet omnem quæstionem de Romana sede diffinire habeat synodus: id tamen cum reuerentia propter illius emittentiam facere debet.

Tertio, autoritate Damasi papae, que ponitur inter epistolas Ambrosii, epistola septuagesima secunda, vbi Damasus dicit respondendo. Cum huiusmodi fuerit Concilij Capuensis iudicium, ut finitimi Bonoso atque eius accusatoribus iudices tribuerint, aduertimus quod nobis iudicandi forma cōpetere nō posset. nā si integra esset hodie synodus, recte de his que vestrorum scriptorū cōprehēdit series, decerneremus. Vestrum est igitur, quod hoc recepistis iudicium

sententiam ferre: vicem. n. synodi recepistis, quos ad examinandum synodus elegit. Et infra, Vos. n. vt scripsimus, totius synodi vice Dei decernitis: nos quasi ex synodi autoritate iudicare nō conuenit. Ex quibus manifeste patet primo quod papa dicit se non posse de illa causa cognoscere, de qua posset si synodus adhuc esset integra, id est, nihil cōmississet. Secundo, quod papa confitetur non solum concilium esse in eo in iudicando superius sed et deputatos per conciliū, in ea cā in qua deputati sunt.

Quarto, autoritate canonis in c. si duo. d. 79. vbi dicitur, quod si duo contēdūt de papatu, Conciliū est iudex: ergo hęc superioritatem in vtrunque, nullus. n. est alterius iudex ordinarius, quā sit iurisdictione superior.

Quinto, rōne, papa & reliqui prælati quidquid iudicant, & c. faciunt vt ministri ecclesie, nō solū finaliter (id est, propter ecclesiam) sed effectiue autoritate ecclesie: ergo in ecclesia est primo autoritas. Antecedens probatur, quia agere dicuntur secundum intentionem ecclesie. Sequela autem est manifesta: & cōfirmatur, quia suffragia, quibus priuatus excommunicatus, & indulgentie non sunt prælato rō, sed ecclesie: Et cōfirmatur iterū, quia sicut Deus condens humanum genus, dedit potestatem regiminis ciuili ad finem naturalem, nō vni, sed communitati, & c. ita regenerans idem ad finem supernaturalem, dedit potestatem spiritualis regiminis ad illum finem communitati ecclesie, & c. et sicut quāque prouidit populo, dādo principem, ut Moyses: ita prouidit ecclesie, dādo Petrum. Et confirmatur tertio: quia aliter politia ecclesiastica non esset ita bene ordinata sicut ciuili, nam ista pōt prouidere sibi principe potestate abute in destructio nem. Ecclesia autem non posset si non esset superior papa. et confirmat quarto, quia ipse papa esset miserabilior ceteris, si a malo cōpesci nō posset. Et cōfirmatur quinto: quia papa est ecclesie filius, ac per hoc subditus. Antecedens patet ex Ambrosio in libro de Symbolo, Non habebit ibi Deum patrem, qui noluit habere Ecclesiam matrē. Sequela patet Prou. 10. Stultus despicit matrem suam.

Sexto, etiam ratione, Si papa habet potestatem super totum residuum ecclesie collectiuę, ergo potest aliquem actum iurisdictionis in illud totum et inuitum exercere: sed hoc est falsum: quia non pōt illud totum excommunicare aut interdicare: nec ad aliquid ipso renitente obligare: ut patet per illud August. Leges instituntur cum promulgantur: firmantur cum moribus videntium cōprobantur. dist. 4. c. in istis.

Septimo: quia potestas ecclesiastica prius tēpore est in ecclesia, quam in aliquo summo Pontifice: quia illa fuit instituta & ecclesie collata Matt. 8. ista autem Ioan. vlti. Petro data est. Et ideo si Christus Petrum papam non instituisset, potuisset hoc ecclesia facere: committēdo ei suam potestatem: nec potuisset illam ab eo auferre nisi ex causa rationabilis: sicut populus potest respectu Regis.

Respondet, Ex autoritate illa Augustini, non sequitur Concilium esse supra papam, sed dupliciter argumētum ex illa deficit. primo: quia a quo uocat de Concilio. nam quæstio nostra est de Concilio distincto contra papam, seu secluso papa, quod est Concilium acephalum. Augustinus autē loquitur de vniuersali concilio cū papa, vt patet ex hoc, quod ponit presentiam iudicium, i. episcoporum, qui iudicauerant. Cōstat autem quod non licet argue-re a Concilio, ad Concilium acephalum. Secundo deficit: quia ex hoc, quod restabat refugium Concilij uni-

uniuersalis, inferit superioritas: est enim hic sophisma consequentis. Potest n. recursum iste haberi propter multas causas, scilicet exclusionē suspicionis, pleniorē discussionem, maiorem sapientiam, personalem tractatum & quædam eiusmodi est: ut patet ex cōtinua consuetudine appellantium ad eundem iudicē (puta papam) plenius informandum, & cām per alios tractaturum iudices, & c. et hoc consonat literali sē sui Augustini. ubi propter p̄sentiam omnium p̄latorum potuisset causā ita discuti, ut ē iudices qui primo in partibus, & qui secundo: Romę iudicant, personaliter p̄sentes rōnes iudicii conferre potuissent. & uniuersali omnium iudicio decerni, & ēt dissolui prius male iudicatum. Ad nihil. n. horum exigitur maior autoritas intensiue, quā papæ: sed sua sufficit cum maiori discussione, sapientia, & c. ut quoridie videmus. Est ēt cū his omnib. in concilio uniuersali maior autoritas extensiue, & maior solennitas iudicii quæ omnia, sententiā eius omni exceptione maiorem reddere uidentur.

Ad secundā ex autoritate octauę synodi, d̄r q̄ male exponuntur uerba synodi, d̄cēdo q̄ synodus negat modū iudicādi papam (scilicet audacter) & non iudicium ipsum, et q̄ hæc expositio sit mala, probatur, quia ly Audacter, aut importat uitium audacię, aut importat autoritatem. Si primū, cum illud sit uitandum respectu cuiuscunq̄, & non solum respectu papæ, ridicula esset decisio synodi, q̄ ipsa non debet uitiose, vel ex passione iudicare papam, & c. si s̄m, h̄retur cōtrarium expositionis allate. Vnde literalis sensus est, quod dicere sententiā in Rom. pont. est audacię uitium; illa siquidē negatio p̄posita non modū solum, sed totum negat. Dicendo igitur, Non tū audacter dicere sententiā in Romanum pontificem, significat q̄ non nisi audacter dicere p̄t sententiā in Rom. pont. Sicut cū dicimus, q̄ de manifestis licet nobis iudicare: decoris autem oculis non licet nobis temere diffinire, non intēdimus negare modum diffiniēdi tū (puta temere) sed intendimus determinare, quod ipsa diffinitio de occultis cordis est temeraria; Determinat ergo ly Audacter, naturā iudicii in papā: sicut ly Temere, in exēplo dato naturā iudicii in cor. Et propterea ex hac autoritate habet oppositum eius quod arguentes intendunt. In cuius signum, synodus dicit sibi competere audientiam & progressum in quæstione de papa cum reuerentia, & de sententiā subdidit illā negatiuam, q̄ non subiunxisset etiam sententiā cum reuerentia sibi competeret; ipsa quippe distinctio expositionis confutata defectum ostendit. Cum autem legeris hæc, memento q̄ sermones morales de his sunt, quę regulariter accidunt. In casu q̄p̄ heresis p̄tinacis in papa, synodi iudicium depositiuum papæ absq̄; audacia esset.

Ad tertiam ex autoritate Damasi, d̄r, quod neutrum deductorum ex illa autoritate sequitur. Nā in illis uerbis non negat potentiam, sed formam iudicādi sibi cōpetere posse. Et huius negationis causam reddit, non impotentiam aut subiectionem suam, sed indecentiam; ut patet in illis uerbis, hoc autem familiare est principibus. Quin ēt si dixisset se non posse iudicare, uerum dixisset, & a consuetudine principum non recessisset; qui ea se negant posse facere, quæ indecenter facerent si exaudirent. Cōstat autem, quod indecens est determinationes cōcilii etiam prouincialis soluere: quanto magis concilii generalis, quorum decreta etiam papam in foro conscientia ligant, non minus quā propria: unde, & s̄m sacros canones ad Romanum ponti-

ficem p̄cipue spectat seruare statuta patrum. Et si notaueris eandem autoritatem, contra arguentes facit, pro quāto infirmat excellentiā suā tātam, q̄d eū quasi ex synodi autoritate iudicare nō cōuēit.

Ad quartum ex autoritate Canonis, d̄r quod gratis concessum est, quod papa incertus subditur Concilio. Duobus enim contendētib. incertis, iudicat ecclesia: sed si alter esset certus & indubitatus, ecclesia non indicaret, sed adiunget certū obediendo, condemnando antipapam, & c.

Ad quintum ex ratione, quia p̄lati sunt ministri ecclesie, dicitur quod p̄lati dicuntur ministri Christi & ecclesie. Christi quidem & effectiue, quia ab illo hēnt suam potestatem effectiue, & suppositiue, mystice tamen: quia omnes p̄lati sunt uelut membra Christi iuxta illud Aug. super Io. Si p̄positi ecclesie pastores sunt, quomodo vn̄ pastor est, nisi quia sunt illi omnes vn̄ius membra pastoris: ecclesia autem integre (id est cum capite suo, quod Christus est) ministri etiā dupliciter dici possunt, scilicet effectiue ratione patris, scilicet capitis, a quo habēt p̄lati autoritatem & integraliter; quia sunt membra ecclesie reliquę a capite, non ut suppositi, sed ut corporis mystici partes integrales. Et hæc dicim̄ loquēdo de p̄latis ecclesie absolute, non de isto ordinato & instituto ab illo: sic enim esset quæstio de illo a io, & sic de alijs. Ex quib. patet, quod p̄lati ecclesie propriē loquendo, non sunt ministri ecclesie effectiue, nisi rōne capitis, scilicet Christi: & consequenter non sunt ministri ecclesie ut dominę, nisi ratione capitis: propter quod Paulus dicit; Si quid ero donauit, in persona Christi, & rursus, Sic nos existimet homo, ut ministros Christi. Ex hoc autem quod ministri ecclesie dicuntur agere s̄m intentionem ecclesie, non plus habetur quam dictum est: quia, sagunt secundum intentionem ecclesie in capite, & in corpore ab ipso capite diffusa. Quauis hoc possit etiam intelligi secundum intentionem ecclesie, id est secundum intentionem ecclesiastico officio debitam; hac n. intentione confici, & conferri dicuntur sacramenta, & c.

Ad primam cōfirmationem, quia suffragia sunt nō p̄latorum, sed ecclesie d̄r, quod falsum est suffragia non esse p̄latorum, ut dispensatorum; quia uis sint ecclesie integre ut proprietarię: sed hoc nihil aliud concludit, nisi p̄latos ab ecclesia integratione capitis potestatem habere. Vnde omnia deficiunt ob equiuocationem ad propositum ab ecclesia integra ad ecclesiam, ut distinctam contra caput. Ad secundam confirmationem de similitudine conditionis, & regenerationis generis humani, d̄r quod apertissime constat falsum assumi, & dissimiliter Deū instituisse. Nam in ordine ad finē naturalem potestatem cōitati indidit, & non uni: in ordine autem ad finem supernaturalem potestatem dedit uni, & nō cōitati, p̄fecit enim Iesum Christum, secundum quod homo est, in principem & caput omnis ecclesie, ut patet, & hoc nō p̄ueniēdo sicut in ciuilibus, sed instituendo, ut patet. Et sci to, quod argumentum deficit ex eo, quod non attendit ordinem primarium regenerationis humanę, sicut attendit primarium ordinem conditioni humanę: sed declinat ad ordinem secundarium ecclesie, qui est in tempore absentie principis, qui abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuertit. quę declinatio manifeste defectiua est: quia primariū in uno, primarium in altero reddēdū proportionaliter est. Hic aut secundarius ordo in ecclesia naturā si sequit principalis, absq̄; oī cōtradictione

Opusc. Caiet.

D opimus

optimus uidetur. Sic autem potestas in uno principi uicario non in communitate locanda est, & locata ab ipso principe in Petro. Vnde patet, quod non praeuenit princeps Ecclesiam, sed suapte natura ordinem regiminis spiritualis profecutus in Petro & eius successoribus uicarium suum locauit. Ad tertiam confirmationem iam patet, quod optime prouisum est politia spirituali in suo naturali principe, qui peccare non potest: in ordinatione autem uicarii illius optime quoque prouisum est, dum sit uis dispositio seruata est. Supernaturale namque regimen (quale est Papatus) suapte natura supernaturalem defensionem & remedium sibi uedicat: quale Dominus Iesus Christus sibi auctoritative reseruando electionem, & ecclesiae reliqua ministerio orationum instituit. Hoc. n. suauis, & efficax est remedium, ut in loco suo inferius amplius monstrabitur. Vnde falsum est Dominum Iesum Christum minus bene ordinasse politiam Ecclesiae: et sub suo uicario quod Politiam ciuilem in humanis, quam utrobique non idem, sed proportionale remedium contra malum principem datum est. Ita quod ecclesia potest se & contra illum tueri, & deponere uotis & operibus ecclesiae proportionatis, & orationibus, ieiuniis, elemosynis: haec. n. efficaciores sunt caeteris causis secundis: quia superiores sunt reliquis, & propriae uniuersali salutis ecclesiae, sed non omnes capiunt uerbum istud. Ad quartam confirmationem, dicitur quod immediate susceptus sub cura Christi uiuentis, & specialiter de ipso cura habetis, non est miserabilior cunctis, nisi ratione sermitutis uniuersalis & periculi maximi, & huiusmodi, talis autem est papa, qui non potest coactiua poena puniri, sed tenetur ex amore, libere operari. Felicitatis. n. quaedam inchoatio est non miserie, esse in statu in quo non sicut seruus sub lege, sed sicut liber in gratia constitutus homo adhuc mortalis est: positus: ut in papatu contingit. Ad quintum dicitur, quod papa in quantum singularis persona est filius ecclesiae, quia regeneratus, nutritus & instructus ab ecclesia sicut caeteri; in quantum autem papa, est filius ecclesiae integre, hoc est cum suo capite, & per non filius reliqua ecclesiae. Sed in his & similibus aduerte tu, cui haec & similia obiciuntur, ne aequiuocatio de ecclesia uocabulo te fallat, ut ea quae dicuntur de ecclesia integra (siue est capite siue cum uices capituli habent) ad ecclesiae coitatem secluso capite applicata suscipias: haec enim te decipiant. Ad sextum argumentum principale dicitur cum apostolo. Quod omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: & rursus. Omnia possum, sed non omnia edificant. Conceditur igitur, quod papa potest quantum ex potestatis suae auctoritate est, actum iurisdictionis et in inuitam ecclesiam reliquam exercere, sed non expediret, si non edificaret. Nec ualeat argumentum. Non potest illa excommunicare, ergo non potest aliquem actum iurisdictionis in inuitam exercere, ut patet. Ad probationem autem ex auctoritate Augustini dicitur, quod potius probat oppositum. si. n. leges instituntur cum promulgantur, papa promulgando legem in totam ecclesiam instituit absque ecclesiae consensu. potest igitur ipse solus instituire legem in illam. Firmitas autem ex consensu uentium, non ex parte auctoritatis, sed executionis se tenet. Quod conuincitur ex eo, quod statutum uniuersalis concilii integri et consensu uentium firmatur, ita quod non ligat quoniam est a dissensu uentium infirmatum, & tamen nullus dubitat uniuersale concilium integram firmitatem auctoritatis legibus sui dare. Prouenit autem haec legum infirmitas ex dissensu uentium et ab ipsis legisla-

toribus negatiue, pro quanto tolerando dissimulans, & implicite reuocant quod fecerunt. Et merito: quia lex (ut dicitur di. 4. c. erit) debet esse patrie, loco, temporique conueniens.

Ad septimum dicitur quod falsum assumitur: nam potestas ecclesiastica primo fuit in primo summo Pontifice domino Iesu Christo, qui Pontifex affluens futurorum bonorum aeternam redemptionem inuenit. Falsum quoque monstratum est esse quod Dominus per illa uerba quae habentur Mar. 18. potestatem ecclesiasticam dedit ecclesiae, quam uis promiserit ei super suos subditos: ut superius diffusè discussum est. Aequiuocatio demum in cidit iam dicta ab ecclesia, ad ecclesiam secluso capite declinando. Reliqua autem quae arguendo afferuntur (scilicet quod ecclesia potuisset instituire Petrum papam) quam falsa sint, ex supradictis patet: quia si potuisset ecclesia unquam instituire papatum in uno & eius successore, ut Christus fecit, postea quoque illum instituire in trinitratu, uel aliquo huiusmodi: quia eiusdem est instituire, & instituta mutare, pro loco & tempore.

CAPVT XI.

Dixi in 8. c. quod Concilium constantiense pro illo tempore primo quod fecit illa decreta de potestate synodi, non erat verum Concilium uniuersalis ecclesiae. Et quod Basiliense errauit illud sequendo.

Obijciunt dupliciter. Primo, quod blasphematum. Secundo, quia Concilium constantiense sub obedientia Ioannis 23. erat verum Concilium uniuersale: quia succedebat concilio Pisano, in quo fuerat unio ecclesiae, deposito utroque papa (scilicet Grego. 12. & Ben. 13.) & electus Alex. quintus, cui successit Io. 13. qui congregauit illud Constantiense Concilium.

Respondeo, et primo quod ad Constantiense Concilium.

Si ego blasphemus, quare Grego. 12. qui expressè recusat in actu unionis ecclesiae recognoscere concilium illud pro tunc, ut Concilium illud, non blasphemus, sed uir pacis, & ecclesiae amator habitus est? ut patet in gestis eiusdem Concilii, sessione 43.

Quare obedientia Ben. 13. inter foedera unionis, & in actu unionis ecclesiae reculationem talis pro tunc Concilii uolens & faciens, non blasphemus, sed

catholicus unitatis studiosus est habitus: ut patet in sessione 20. & 22. Quare Sigismundus Imperator, qui praesedit illi Concilio, ut satisficeret reculationi illius Concilii, non blasphemus, sed defensor ecclesiae habitus.

Quare demum ipsummet tunc Constantiense Concilium, cum negauit factum se ipsum esse concilium non semel, sed bis (primo in acceptando praesidentiam Imperatoris, & autorizari se in concilio a Grego. 12. secundo in acceptando se conuocari ab obedientia Ben. 13. & conuocare illam) non blasphemauit: et si potius scandalum permitti dicitur a quolibet singulari persona, quam ueritas deferatur, quo concilium uniuersale a spiritu sancto rectum, potius

ueritatem deseruit se ipsum facto negans, quam scandalum permittere uoluit iam natum? Ex his autem rectè consideratis patet, quod concilium illud non reputauit se ipsum certum & indubitatum concilium illo tempore, & propterea huiusmodi negationes admittit: ut dicitur operari ut unum certum & indubitatum concilium fieret cum indubitato capite, ut tandem fuit. In quo igitur ego erro, si dubia & incerta pro dubijs incertisque habui? nihil. n. dixi aliud in finem. Na dubia & incerta pro uera auctoritate refutari constat, ueritasque auctoritatis eis tribuere nephas est.

Ad secundam obiectionem de successione ad concilium pisianum, dicitur, quod nec illud concilium constat

constat fuisse certum & indubitatum: ut ceteris omni-
 sis patet ex duobus. Primo, quia assertio ista reuo-
 caret antiquum schisma: quod etiam aliud esse dice-
 re, Concilium illud Pisianum cum Alex. 5. certum
 & indubitatum, quam certe & indubie damnare
 Gregorium 12. & Benedictum 13. cum suis obedi-
 tiis: Hoc autem est redire ad illud schisma. Secun-
 do; quia ipsum Constan. Concilium sub obedi-
 tia Io. 23. licet crediderit se esse vniuersale Concilium
 succedens Pisano, non tamen hoc pro certo & indubie
 tenere se cōfessum est factō suo, ut patet ex dictis.

Accedit ad hæc, quod sine papa diffinitur: & p-
 pterea si fuisset et tota reliqua ecclesia representa-
 tiue potuisset errare, nec fuisset concilium genera-
 le perfectum simpliciter: ut patet in libello.

Quo ad Concilium verò Basiliens. vniuersalis Ec-
 clesie responsionem replico: quæ eugenium ado-
 rauit, concilium Florentiæ vniuersale ex Orientali
 etiam ecclesia celebratum in materia fidei, &c. Si ego
 blasphemauit, quis excludat ecclesiam a blasphemia?

CAPVT XII.

Dixi in c. 9. glossando verba Aug. Petrus quādo
 claus accepit, ecclesiam significauit, & simi-
 lia quæ in hoc sensu dicta sunt, quia officio capitis
 perpetuo, in Petro & successoribus data hæc sunt:
 & propterea in persona ecclesie dicitur Petrus sus-
 cepisse hæc.

Obicitur, Quod nō sit iste sensus intēsus ab Aug.
 quia sequeretur, claus datas esse ecclesie finaliter,
 & non formaliter: cuius oppositum vult ibi Augu.

Respondet, quod sequela non tenet: imo sequit̃
 ex illo sensu claus esse datas ecclesie formaliter,
 tum quia quod datur capiti formaliter, vere etiam
 datur corpori, cuius est illud caput formaliter: tum
 quia datum capiti & corpori formaliter, quamuis
 corpori mediante capite, constat datum esse ori for-
 maliter: sic autem est in proposito, ut patet. Sed argu-
 mentum præter hoc fallit in æquiuoco de eccle-
 sia: ab integra ecclesia in terris, capite, s. & corpore,
 [de qua loquitur Aug.] ad ecclesiam pro corpore
 tantum, ut quoddam vnum integrum, cuius papa
 sit vicarius, quod est fictitium. Firmat autem sen-
 sus a me assignatus ex eo quod exposui Aug. ex ip-
 somet Aug. inquit enim in lib. de Agone Christia-
 no, Non sine causa inter Apostolos, ecclesie catho-
 lice personam sustinet Petrus: huic enim ecclesie cla-
 ues datæ sunt cum Petro datæ sunt. & cum ei dicit̃, ad
 omnes dicitur, Amas me, pascue omnes meas. Hæc il-
 le. Constat enim q̃ Petro ut distincto ab aliis, & p-
 se & successoribus datus est papatus, per illa verba,
 pascue omnes meas, Io. vlt. Et au. idem iudicat de hoc
 actu, & de acceptione clauium. rōneigitur officii
 capitalis & perpetui in ecclesia diffusit Aug. dicebat
 quod personam ecclesie gerebat.

CAPVT XIII.

Dixi in eodem cap. 9. quod papa non pōt errare
 errore iudiciali in fide, quamuis possit errare
 personaliter, quia ad ipsum spectat finalis determi-
 natio de fide: ut decret. primo. & Sanct. Thom.
 post dicit. & probat ratione & auctoritate Cyrilli
 & Maximi.

Obicitur, primo, quia duo summi pōtiffices de-
 terminauerunt contraria in his, quæ fidem tangūt,
 ergo alter eorū errauit errore iudiciali in fide. a sū-
 ptum patet de Io. 22. & Nicolao 3. quorum vnus de-
 terminauit iudicialiter Christum & Apost. nihil ha-
 buisse in communi nec in particulari, alter opposi-
 tum: ut est videre in eorum extrauagantibus.

Secundo. Quia Innocentius tertius, & Celestinus

A determinauerunt contraria super illa proposi-
 tione, Vno coniugum ad hæresim transiit, alter q̃
 remanet in fide, potest ad secunda vota transire: ut
 patet in c. quanto, de diuortis & glossa ibidem.

Tertio, Quia aliqui statuerunt contra Euāgelium:
 ut Pelagius, qui constituit ut subdiaconi Siciliæ a
 suis vxoribus abstinerent, quas in minoribus duxer-
 ant, aut ab officio cessarent: quam cōstitutionem
 quia erat impia & contra Euāgelium, retractauit
 beatus Gregorius primus eius successor: ut patet in
 di. 3. c. ante triennium. in textu & gl. sicut. n. potuit
 iudicialiter statuere cōtra Euāgelium, ita & diffinire.

B Quarto, quia sequeretur quod summus Pontifex
 non posset fieri hæreticus circa propositiones nō-
 dum determinatas, ut erat articulus de processione
 Spiritus sancti a Filio. Et tenet cōsequētia: quia nō
 posset esse pertinax contra sui ipsius determinatio-
 nem. Sequeretur etiam quod determinatio etiā so-
 lius summi Pontificis ligaret suum successorem. Se-
 queretur etiam, quod papa verè hereticus male iu-
 dicari posset, quia decideret obiecta contra eū esse
 intelligenda in aliquo sensu sue assertioni cōsono.

Quinto, arguitur ad hominem, Quia ergo cōtra
 dico mihi met in hoc eodem libello, nam in fine
 quarti capituli dictum est, quod sententia Ioannis
 Euangeliste præualuisset sententiæ Clemētis pape
 in doctrina fidei, & nunc dicit̃, quod papa non pōt
 errare in iudicio fidei. hæc. n. cōtradiciunt, quia nō
 præualuisset sententia Ioannis, sed rātum fuisset si
 dū sententiæ Clemētis pape p̃tū sententiæ Ioannis, imo
 & pl̃: quia apud Clemētē fuisset vltima decisio fi-
 dei iuxta hic dicta apud Petrum, si adhuc supuisset.

Sexto, Quia frustra fuissent cōgregata quatuor
 Concilia generalia principalia contra quatuor hæ-
 resiarchas, puta Nicænum, Constantinopolitanū,
 Ephesinum, & Calcedonen. et tenet consequētia,
 quia suffecisset solius papæ decisio: imo apud ad-
 uersarium tantæ est potestatis solus papa in diffiniē-
 do, sicut aggregatum ex ipso residuo.

Septimo ex Occham, Quia Innocentius tertius
 (ut habetur extra qui filij sunt legitimi, in c. per ve-
 nerabilem) dicit: Cum Deuteronomium secunda
 lex interpretetur, ex vi uocabuli cōprobatur, ut qd̃
 ibi decernitur, in nouo testamēto debeat obseruari.
 Quæ verba si vniuersaliter secundum literalē sen-
 sum intelligantur, heresim sapiunt: quia cæremoni-
 alia ibid. in c. 13. & 14. non sunt seruanda. Si verò
 mystice intelligantur, nihil speciale de Deuterono-
 mio dicunt: quia omnia mystice seruanda sunt: ut
 legitur dist. 6. cap. his itaque:

Octauo ex eodem, Quia nonnulli summi pōri-
 fices inueniuntur diffiniuisse se temporalib. habe-
 re supremam potestatem, ceteri vero oppositum.

E Nono, Quia nō est verisimile, quod homini po-
 tenti in ijs quæ sunt fidei errare, commiserit Deus
 vltimam fidei decisionem.

Respondet, et ad primum quidem dicit̃ quod fal-
 sum assumitur, s. quod vnus papa, s. Nicolaus deter-
 minauit iudicialiter Christum & Apostolos nihil
 habuisse in communi. Nam manifeste Nicolaus (ut
 patet in 6. de verborum significatione exijt qui te-
 minat) dicit, egit namque Christus & docuit perfe-
 ctionis opera: egit etiam & infirma sicut interdum
 in fuga patet & loculis: sed vtrunque perfecte perfe-
 ctus existens, ut perfectis & imperfectis se viam sa-
 lutis ostēderet. Hec ille. Vbi manifeste patet, quod
 Nicolaus asserit Christum habuisse aliquid: ualet
 enim sequela, Nicolaus asserit Christum habuisse
 aliquid, ut imperfectis se viam salutis ostēderet;

Opusc. Cajeta. D 2 ergo

ergo asserit Christum habuisse aliquid. Ioannes ergo 22. qui determinauit hæreticum esse tenere quod Christus & Apostoli nihil habuerunt in eois; quia contradicit sacra scriptura; veritate fidei determinat, cuius contrarium non determinauerat Nicolaus.

Ad secundum dicitur, quod neuter illorum Pontificum diffinitive determinauit. Nam de Celestino in e. q. n. de diuortio, Innocentius dicit, Licet quidam prædecessor noster sensissimaliter videatur, & de seipso subiungit, respondendo oppositum, Non credimus quod in hoc casu is qui relinquitur, viuente altero possit ad secundas nuptias conuolare. Vbi verba ipsa (videlicet videtur aliter sensisse, & Non credimus ostendunt quod non diffiniendo in materia fidei loquuti sunt.

Ad tertium dicitur quod Pelagius, si statuit illud, nihil contra, sed supra Euangelium statuit. Quod manifeste patet ex hoc, quod statutum illud suos obseruatores aut in bono supererogationis locabat, si contineretur in nullo malo, si non continentes se suspendebant ab officio: ut quæ subdiaconus fecit.

Est autem hic aduertendum, quantum crescat infamia per diuersa ora paulatim; nam sanctus Gregorius de hoc statuto loquens dicit, & quod diaconus autoritate tamen papæ hanc prohibitionem fecit, (ut patet. 27. q. 2. c. multorum) & quod sibi durum ac incompetens videtur, ut patet in ca. ante triennium. dist. 31. Glossa vero ibidem auget, dicens, quod Pelagius hoc fecit, & quod illa constitutio fuit iniqua, arguens autem amplius auget, dicens, quod Rom. Pontifex statuit contra Euangelium.

Ad quartum dicitur, Negando primam sequela, scilicet quod papa non possit esse in non decisus hæreticus. Nam si ille, qui est papa, tenuisset pertinaciter, Spiritum sanctum non procedere a Filio, etiam si ab ecclesia sic determinaretur, fuisset hæreticus. per accidens autem est, quod ab ipso vel alio determinatio ecclesiæ fieret; standum est enim in formalibus & per se, & non declinandum ad ea, quæ sunt per accidens in quacunque scientia. Ex hoc patet responsio ad secundam sequela. Nam determinatio vnius papæ in materia fidei ligat per se omnes personas ecclesiæ, quarum sunt actus credendi, & sic persona propria & successoris ligatur ad tenendam determinationem semel factam de fide. Ad tertiam autem sequela dicitur, quod cum id quod imputaretur papæ pro heresi, non esset decisum ad huc per ecclesiam, & ipse non teneret hoc pertinaciter, sed defenderet esse consonum sacre Scripturæ & fidei ecclesiæ, non esset hæreticus formaliter, etiam si materialiter erraret in his quæ sunt fidei. et propterea non sequitur quod papa male posset iudicari de heresi in casu quo iudicandus est. scilicet de heresi formaliter; in his enim non habet locum interpretatio ad istum vel illum sensum.

Ad quintum dicitur, quod nulla est contradictio in dictis meis allatis. Nam bene simul stat tam Ioannem quam Clementem non posse errare, & tamen alterum: possunt enim esse duo omnino recta subordinata: ut patet apud omnes de ecclesia vniuersali præsentem, & de sacra scriptura. Dicendo autem, quod sententia Ioannis præualuisset sententiæ Clementis papæ: nihil aliud dixi, nisi quod Clementis sententia subordinata erat sententiæ Ioannis. Ad id uero, quod adiungitur, quod sequeretur oppositum huius, negatur sequela. Nam cum dicitur, quod ad papam spectat finalis determinatio de fide; intelligitur in ordine & gradu suo scilicet sub sacra scriptura, cuius author est spiritus sanctus. Et, quia Ioannes

Euangelista in doctrina fidei locum sacre scripturæ tenebat (sicut Euangelium suum hodie tene) ideo non sequitur quod magis Clementis quam Ioannis esset standum sententiæ, sed e contrario; et ex hoc patet responsio ad simile allatum arguendo de Clemente & Petro, quod scilicet non est eadem de utroque ratio; quia Petrus non rone papatus, sed apostolatus, locum etiam sacre scripturæ tenebat, sicut nunc tenent Epistolæ eius, & hunc sensum expresserunt apertè in libelli illius loco allegato dicens, preua iussit sententia Ioannis sententiæ Clementis papæ in doctrina fidei, sicut modo præualerit Euangelium Ioannis sententiæ cuius scilicet papæ & totius ecclesiæ.

Ad sextum negatur sequela: quod scilicet frustra fuissent Concilia illa principalia in materia fidei congregata. Concilia enim non propter potestatem intensiuam sed extensiuam, & propter discussionem & collationem cum multitudinem uniuersali sapientium in fide, & propter indubitabiles & acceptatos ab omnibus iudices omni exceptione maiores, congregantur in materia fidei. Probatio autem sequenti procedit, ac si propter habendam solam auctoritatem intensiuam concilium congregandum esset, quod falsum est. Nam licet papa solus tantæ intensiuæ sit auctoritatis, quantum ipse cum residuo, non tantæ tantæ extensiuæ, non tamen tantæ sapientie, non tamen tantæ acceptationis indubitare ab omnibus (ut patet de ipsis oppositum sententiis) non tamen tantæ solennitatis (quæ animos humanos communiter multum afficit) non demum tantæ bonitatis & gratie coram Deo: quæ apud multitudinem hominum multum valet ad persuadendum quod a spiritu sancto regitur, errare non potest. Oportet enim ea que totam ecclesiam tangunt in singulis sic fieri, ut acceptabilia facillime omnibus, & ad hoc multum valent vniuersalia Concilia a probis præcipue prelati celebrata.

Ad septimum dicitur, quia due sunt leges diuine (scilicet vetus & noua) & nota est secunda ordine generationis, id est uocabulum illud, scilicet secundum da lex, nouæ legi conuenire ex vi uocabuli dicitur; & argumentum ex conuenientia uocabuli sumpsit Innocentius. ex hoc expressit, ne intelligeretur quod absolute concluderet, sed quantum est ex uocabulo. Et hoc diminuit argumentum, non auget (ut patet) quoniam in uoce una latent multa. Vnde ex hac conuenientia quædam persuasionem intendebat, qua mandata in Deuteronomio, non ad litteram, sed proportionabiliter secundum conuenientiam ad tempus gratie seruanda erant, quoniam, ubi, &c. expediret. Vnde ipse mandatum vnum iudiciale ex Deuteronomio assumens, & tractans, non ad litteram, sed iuxta conuenientiam ad sacerdotium Petri exposuit. Nec obstat quod omnia veteri testamenti hoc modo seruari possunt, conceditur enim quod nihil speciale de Deuteronomio intendebat, nisi persuasionem ex conuenientia nominis.

Ad octauum dicitur, quod quia potestas papæ recte est respectu spiritualium ad supremum simpliciter finem humani generis: ideo suæ potestati duo conueniunt, primo quod non est directe respectu temporalium: secundo, quod est respectu temporalium in ordine ad spiritualia: hoc enim habet ex eo, quod ad supremum finem ordinari debent, et temporalia ab eo proculdubio, cuius interest ad illum, finem omnes dirigere: ut est Christi uicarius, primum autem ex natura sue potestatis conuenit. ex his autem sequitur, quod utrumque vere potest determinare, ut papa, & quod hæc supremam potestatem in temporalibus. & quod non hæc supremam

potestatem in temporalibus; quoniam vtrumque verum est ad sanum intellectum. Affirmatio namque est vera in ordine ad spiritualia. negatio vero est vera directe, seu secundum seipsa temporalia. Vnde nihil ex vtraque decisione erroris accidit. Aduertere tamen, quod quia aliud est determinare de fide formaliter, & aliud de eo, quod est fidei materialiter, nam primum importat determinare quod credendum vel non credendum est: secundum autem de terminare de questionibus, que in rebus creditis accidunt, & constat, quod cum determinatur quæstio aliqua; secundo modo non determinari de fide, sed de tali vel tali materia: ideo, cum dicitur, quod papa non potest errare in iudicio fidei, non accipio dictum esse nisi de iudicio fidei formaliter, quoniam, si de terminatur quid credendum vel non credendum. Contra quod nulla harum obiectionum procedebat, nisi prima apparenter: ne tamen figere videar, sigillatim soluta sunt omnes.

Ad nonum dicitur, quod non verisimile, sed verum, & humane diuineque rationi & auctoritati consentaneum est, ut homini potenti errare secundum seipsum, non autem ut directe a Spiritu sancto, Deus vltimam fidei decisionem sub sacra scriptura commiserit. Cum enim non sit differentia apud Deum in vno & in multis saluare, & omnes in Concilio presentes secundum se & proprias vires considerari, potest errare, male determinando de fide: ob ignorantiam vel aliquem alium defectum, ac per hoc ad assistentiam spiritus sancti recurratur, magis attestat assistentiam spiritus sancti & eius virtuti, salus fidei primum quam per totum Concilium: hoc enim humane sapientiam opus esse videtur (propter omnium Patrum concursum) illud autem solius Dei opus est & apparet. Vnitatis quoque fidei unitatis quoque iudicis cui præest toti ecclesie exposcit: ut in secunda secunda, quæ ar. vlt. diuus Tho. assert.

CAPVT XIII.

Dixi in eodem 9. c. rationem, quare Papa non potest errare in iudicio fidei, quia hic error esset error vniuersalis ecclesie, quia tenetur sequi definitionem papæ in fide, afferens ad hoc auctoritatem S. Thomæ, & post Decretalis in capitulis maiores. & Iesu Christi, Ego rogavi pro te, Petre.

Obijcitur Negando, quod ecclesia de necessitate tenetur credere sententiam diffinitiuam Papæ in materia fidei: & dicendo, quod sicut Papæ præcipiente contra Euangelium, non est obediendum, ita nec sententia erronee in fide. De auctoritate Sancti Thomæ non est cura.

Ad capitulum, maiores dicitur dupliciter, primo, quod non pro vltima & necessario credenda determinatione habenda, sed regulariter ad papam est recurrendum, quia regulariter non est ecclesia congregata. Secundo (& idem redit) quod referenda sunt summo pontifici causa fidei, ut conuocet concilium: quia ad ipsum spectat congregare illud.

Ad verbum Domini, ego rogavi pro te, Petre, dicitur non pro sola persona Petri, aut successoribus oratur Christus ne deficeret fides eius, sed pro vniuersali ecclesia per Petrum representata.

Respondeo, Negationem illam consuetudo ecclesie auctoritateque sanctorum cõsulant, & ignis experientia comprobaret, si quis nõ teneret, quod sola Rom. Ecclesia determinaretur, hereticum esse, ut patet, extra, de hæreticis ad abolendam in textu & glossa. Et hæc ratio manifestat, ad quid fateantur ipsi mer se declinare oportere, defendendo subiectionem papæ in reliquo corpori ecclesie, vel concilio.

A Quod autem additur, quod sententiæ erronee, sicut nec præcepto diabolico adherendum esse, verissimum est: sed nihil obstat: quoniam ex his nihil aliud quam conditionalis veritas habetur, si deterrimaret erronee, si præciperet contra euangelium, non audiretur. Hoc enim non solum de papa, sed de angelis sanctis verissimum est, in xra illud, Si angelus de coelo euangelizet aliud, & cananthe ma sit, ex his. n. consequitur, quod antecedens, aut consequens possit esse verum, ut patet.

Quod auctoritas S. Tho. parui fiat, non nihil est, quoniam ecclesia non parui facit. Sed esto, quod S. Tho. parui fiat, Cyril. & Max. ibidem allegati er parui fient. Hier. quoque dicens ad Damasum (ut habet 24. q. 1. canone, hæc est fides) si hæc nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpate uoluerit, se imperitum, vel maleuolum, vel etiam non catholicum, non me hereticum comprobabit. manifesteque in his verbis contestans, quod ex approbata fidei confessione a papa aliquis obstitans non catholicus sit, parti pendendus erit.

Ad expositionem vero dictam de c. maiores. dicitur quod literæ contradicit. Nam textus causam quare ad Petri sedem sit recurrendum, assignat ueritatem Petri in confitendo fidem & in defectibilitate eius in eadem propter orationem Christi. ex hac. n. causa manifeste sequitur, quod id ad papam referendas esse maiores causas dicitur, quia ipse constitutus est indefectibilis iudex in fide. et quia eum, qui certus est, amplius certificari non oportet, sequitur quod sententia papæ in fide est finalis determinatio & necessario credenda, secundum illam Decretalē. & sic vtraque expositio ruit. Quod autem de oratione Christi pro Petro dicitur, potest bene & male intelligi. Male quidem, si intelligatur quod Christus pro ecclesia, siue cum papa sine sine papa orasse se dixerit: quoniam expressè Christus dixit hæc uerba Petro, ut distincto ab aliis, ut patet ex contextu, inquit. n. Luc. 22. Simo ecce ratam expetiui vos, ut traberet sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.

Vbi manifeste patet, quod distinguit tentationis actum ab oratione quoad hoc, quod cõiter expetiui erant, & tunc ipse singulariter pro Petro rogauerat, dicens, expetiui vos, ego autem pro te rogavi. Apparet quoque idem ex eo, quod Petro commisit ut confirmaret alios, tanquam diceret, Ego tui, tu autem aliorum curam habebas. Bene autem si intelligatur Dominum orasse se pro Petro & aliis, diuersimode tamen. Pro Petro quidem immediate, pro aliis autem mediante Petro: pro Petro in seipso Petro, pro aliis autem in Petro ipsorum capite. Et in hoc sensu magis confirmat intentum nostrum, ut patet. Et ut vnicuique verbo dicatur, si hæc auctoritas de Petro & successoribus verificatur (ut dictum cap. maiores assert) satis habet intentum quod Petri sedes non potest errare in fide pro Christi orationem, et cum hoc non sit uerum de errore personali, sequitur quod uerificatur de errore iudiciali.

CAPVT XV.

Dixi in eodem 9. c. exponendo illud Hiero. Si auctoritas quæritur, orbis maior est urbe. quæ uerum est quoad multa, puta merita, uirtutē, scientiam, & in proposito vigorem consuetudinis, &c.

Obijcitur, tu glossas de maiori meritorum, & Hierony. non dicit, si merita quærantur, sed si auctoritas quæritur: & sic de maiori potestatis, nõ meritorum loquitur.

Respondeo, satis diminue glossa mea adducitur, nam, (ut patet in libello) ego dixi quod dictum Hiero.

Opusc. Caieta.

D 3 uerum

verum erat quod ad multa: puta, meritum, sciētiā, &c. & quod in proposito & ad literam Hier. loquitur de vigore cōsuetudinis; & obiectio in solis meritis se ponit. Propter quod etiam addo, quod merita auctoritatem cōsuetudinis plurimum valent: quoniam cōsuetudo non virorum malorum, sed virorum sanctorum, maxima est in ecclesia Dei auctoritatis, & proponitur imitanda. Et propterea stando etiam in meritis Hie. textus optime intelligitur: ut quia orbis maior est vrbe in auctoritate cōsuetudinis, propter maiora merita orbis quam vrbs, ideo cōsuetudo orbis, qua diaconi subesse, non p̄gressē cōsueuerunt, imitanda est. Et sic dicitur, si auctoritas q̄reretur ratione materiæ de qua erat sermo, s. de loco diaconorum, maioritatē meritorum non potestatis in cām auctoritatis afferbat. Facile tamen contendētibus in verbis dici potest quod orbis auctoritas maior est extentiue, nō intensiue auctoritate vrbs; & similiter potestas.

C A P V T X V I .

Dixi in eodem cap. 9. multas auctoritates ex libris decretorum, quod papa non habet superiorē in terris.

Obijcitur duabus glo. Prima est, quod intelligitur hoc in criminibus non scandalosis ecclesie. Secunda est, quod intelligitur hoc regulariter: quia regulariter ad superiorem summi pontificis, Cōcilium, recursum haberi non potest.

Respondeo, quod prima glossa est voluntaria & falsa, Voluntaria quidem, quia ecclesie Canonum aut Sanctorum auctoritate nō roboratur: falsa autem, quia fit exceptio de solo crimine fidei: Cōstat enim quod ab vniuersali cum vna exceptione facta non nisi falso alia exceptio fit. Cum ergo solum in fidelitatis crimen exceptum ab vniuersali sit, restat ut alia crimina omnia inclusa sint. Secunda autem gl. manifeste falsa conuincitur ex eo, quod etiā de crimine heresis papa diceretur non habere superiorē: quoniam regulariter Concilium non est cōgregatum. Tertia autem glossa quod auctoritates istæ sunt summorum pont. qui ut in pluribus simbras suas nimis extendentes, sibi met. tribuerunt quod ecclesie est propriū, quia non procedit de Theologia aut sacrorū Canonū, &c. auctoritate: quam bene sonet, aduertat qui notat in quāra. veneratio ne Decretales summorum pont. in ecclesia sunt. Et tanto plus, quanto multorum sanctorum pontificum auctoritates resutandę sic essent, ut patet de Bonifacio, Antherio, Iulio, & aliorum sanctorū in libello allatorum. Taceo de tot doctoribus in Theologia & in iure illustribus ibi allatis.

C A P V T X V I I .

Dixi in c. 11. quod ecclesie Dei, secluso papa, nō est data potestas papalis, aut superior papali in Euangelio Matt. 18. & quod in ecclesia huiusmodi non est talis potestas.

Obijcitur, quod Dominus ibidem dixit, Si ecclesiam non audierit, &c. per hoc enim ecclesie iurisdictionem ostendit in effectu, s. in pena excommunicationis, & subdidit in plurali numero, Quęcunque solueritis, &c. & per hoc enim ostendit, quod pluribus in ecclesia nomine cōtētis, dabat illam potestatem.

Affertur etiam ad hoc usus priuata ecclesie, qñ act. 15. diffinitū ē ab ecclesia, Visū est spiritui sācto & nobis, nihil amplius oneris vobis imponere &c.

Affertur tertio auctoritas Gregorii, quę ponitur in ca. sicut sancti vbi Gregorius fatetur se quatuor Concilia illa, s. Nicenum, Constantinopolitanum,

Ephesinum & Calcedonen. tenere sicut Euangelij: & subdit causam, quia dum vniuersali sunt cōstitutiuā cōsensu, se & non illa destruit quisquis p̄sumit absoluerē quos ligat, aut ligare quos absoluit. Ecce, quod non dicit, quod summi Pōt. sed vniuersali cōsensu; nec quos Pont. ligat, sed quos illa ligat.

Quarto, ad hoc est canon decreuit 80. dist. vbi dicitur, Decreuit sancta synodus & non dicit, decreuit summus pontifex.

Quinto, capitulum, nimis, de iureiurando, ubi auctoritate sacri concilii, non propria summus Pontifex p̄cipit.

Sexto, Ecclesia potest elargiri indulgentias, ergo hēt clauē iurisdictionis. Probatur antecedens, quia dantur indulgentiæ de thesauro ecclesie & non papa, ergo a fortiiori ecclesia potest dispensare.

Septimo, ecclesia potest condere canones late sententiæ, depositionis excommunicationis, ergo Antecedens patet de cōcilio Carthage, in c. placuit. 8. q. 1. & hētur extra de clericis non residentibus, in c. ex gestis.

Respondeo, & vtrius & similib. respondendi via datur, quatuor puncta p̄ oculis semper habenda in hac materia & huiusmodi auctoritatib. assigno:

Primum est, aliud est Ecclesiam seu synodum habere potestatem plenariam ratione partis [puta capituli sicut homo videt, audit, &c.] & aliud est ecclesiam seu synodum habere eandem rōne suā totalitatis.

Et propterea cauendum est, ne a primo in secundū oratio declinet. Secundum est, Aliud est ecclesiam seu synodum habere potestatem plenariā, & aliud est eā habere immediate a Domino Iesu Christo:

& propterea cauendum est, ne a primo in s̄m oratio declinet. Tertium est, Aliud est ecclesiam seu synodum habere potestatem plenariā, & aliud est eandem habere potestatem talem, s. coactiuam respectu talis, s. vicarij principis sui: potentia enim actiua, cum dicitur non absolute, sed respectu passiue, (ut patet 55. & 9. Met.) plenaria potestas plenissime est, quādo respectu subiectorum omnia potest.

Cauendū est propterea, ne a primo in s̄m oratio declinet. Quartum est, Aliud est ecclesiam seu synodum habere potestatem plenariā, & aliud est ecclesiam seu synodum acephalam seu truncam habere eandem:

et propterea cauendum est, ne a primo in secundū oratio declinet.

Ex his siquidem quatuor sapienter dispensatis; vniuersa quæstionis istius argumenta facile elucescent: sic, ut nullum forte obscurū relinquatur. Ad singula tamen descendendo respondetur. Et ad verba dñi, Matt. 18. dñ. (vt iam probatum est) quod Dominus non dat ibi ecclesie auctoritatē, sed significat eam habituram potestatem, non explicando ibi quomodo habitura sit, & an secundum se totā primo, an ratione partis, hoc enim non negamus, sed docemus. Verba quod illa in numero plurali nō cōgunt ad auctoritatē ecclesie: rōne suā totalitatis, imo absque determinatione ad hunc vel illum modum potestatis ecclesie, s. ratione totius, vel partis oportere intelligi, ex hoc cōuincitur, quod utroque mō verificari possunt; ut patet ex dictis. Cōstat enim euidenter quod eōe duob. abstrahit ab vtrōque. Potest igitur ille numerus pluralis referri ad pluralitatem ecclesiarum futuram; & ad pluralitatem conuenientiam ecclesie, ad conferendum, discutendum; probandum, &c. & ad pluralitatem accunulantium suar auctoritates in communi; propter quod ex illa litera nihil habetur obsans dictis.

Ad secundum ex primitiua ecclesia dñ. q̄ gratis cōceditur ecclesiam stansse, sed an p̄tate partium,

(puta

(puta trium Apostolorum) an communitatis per accumulationem in communi, an aliquo alio modo (puta a Christo immediate, ut isti falso putant) nihil ibi exprimitur. Et prope ex ista autoritate, & ceteris subiunctis, & similibus, nec habetur ista affirmativa, scilicet ecclesia, seu synodus habet immediate a Christo potestatem, nec habetur ista negativa, Synodus non habet potestatem a Domino mediante papa. Et de affirmativa quidem ex eo constat: quia, cum multipliciter possit verificari synodum habere potestatem, (ut patet ex dictis) & ex his nihil aliud habetur, nisi quod synodus habet potestatem, oportet hoc sic cõiter intelligi, ut a singulis huiusmodi sensibus determinate abstrahat. De negativa autem ex eadem radice constat: quia, si synodum habere potestatem, non oportet quod intelligatur dererminate ad illud modum, quo excludatur habere potestatem a Domino mediante papa, (ut contingit quando per accumulationem ecclesia habet potestatem) quia omnes partiales potestates sunt a Petro, & cõicatio potestatis suae cum aliis ab eodem est, qui solus a Domino, utpote eius vicarius immediate potestatem habet: & ratione eius solius synodus integra potestatem vere dici, quod habet immediate potestatem a Christo domino.

Ad auctoritatem Gregorii dicitur, quod causa reddita a Gregorio manifeste fauet infero nostro; quoniam non reddit pro causa auctoritatem immediate datam a Christo, sed uniuersalem consensum; ac pro hoc et ipsius summi Pontificis, qui caput est, & propterea seipsum negaret papa, illa negans; ut ibi dicitur. Ex hac quoque Gregorii ratione habetur quod diximus, quod auctoritas synodi includit caput; alioquin non faceret uniuersali consensu quae facit. Et innuitur quod potestatem habet a suis partibus; ad quarum negationem deducitur negans illa. Et rursum ex hac auctoritate nihil aliud habet, nisi quod synodus habet potestatem diffiniendi, &c. Et per hoc patet responsio ad quartum.

Ad quintum uero dicitur, quod cum synodus inter gra habeat potestatem uniuersalem, quocumque modo contingat, & auctoritas, quae est ipsius papae absolute, & ut propria sit ipsius synodi pro tunc, & cõicata, quemadmodum quilibet alius possit uere redicere auctoritate sacri Concilii, statuto, &c. ita ipse papa, cum non sit deterioris conditionis aliis. Neque enim per hoc, quod affirmat se synodi auctoritate facere, negat sua se auctoritate facere; imo potius affirmat hoc, quia auctoritas synodi de necessitate claudit in se auctoritatem capituli. Neque rursus per hoc, quod affirmat synodi auctoritate se facere, affirmat se aliena auctoritate facere; licet enim synodus sit aliud a papa, sicut ecclesia episcopi differt ab episcopo, non tamen oportet, quod potestas ecclesiae sit aliud a potestate episcopi, sed una & eadem potestatem esse utriusque diuersi modo; episcopi ut propria, ecclesiae ut communicata. Et per hoc etiam patet, quod per hoc quod affirmat se sacri Concilii auctoritate facere non propterea affirmat se minorem in auctoritate. Et quantum haec satisfaciunt, ueruntamen descendendo multorum sensui, scio quod dupliciter papa potest dici minor synodo secundum potestatem, scilicet extensiuam, & quasi intensiuam secundum quid: extensiuam quidem, quia synodus integratur ex tot potestatibus tantae multitudinis; intensiuam uero secundum quid, hoc est secundum illam partem potestatis, quam communicat papa Concilio quasi pro portione sua. Papa enim praesens synodo non intelligitur (ut praedictum est) totam suam potestatem totaliter synodo communicare, sed tantum suae potestatis quantum ad decernendum, &c.

A oportet, & sic ex eo potestatis papae & reliquis potestatum aliorum fit una potestas, quasi intensiuam maior, quam id potestatis papalis solus esset. Et haec maior potestas intelligitur esse in tota synodo tanquam in subiecto. Dixi autem quasi intensiuam: quia potestas illa papalis, eo quod communicatur ut limitata sic, ut cum aliis potestatibus possit uelut quaedam singularis potestas accumulari; intelligitur & superari a tota, pro quanto tota potestati uniuersali statuta concedere, diffinire, &c. quod illa ut sic non potest per seipsam solam. Sed quoniam tota potestas synodi non plus potest quam ex singulis huiusmodi potestatibus habeat: ideo non simpliciter, sed quasi intensiuam maiorem appellauit. Et ne putes me hanc opinionem papalem fingere, contemplant potestatem legatorum papae in synodo, quando per legatum papa synodum celebrat, & uidebis clare, quod quia papa tunc non erigit legatum illum in papam, sed potestatem committit quam oportet pro synodo haberi, ex sola praesentia papae in synodo non habetur quod plus suae potestatis synodo impartiat quae oportet, quae maior dignitas, & infallibilis assistentia spiritus sancti in synodo quoad ea quae sunt fidei, praesentiam papae per seipsum consequantur. Unde quamuis cogamur, possumus tamen dicere, quod papa tantum minor extensiuam & secundum quod intensiuam synodo, auctoritate sacri Concilii diffinere, quod tamen de plenitudine suae potestatis posset, & facere & tollere. Et, quoniam uerba praedicta (scilicet facere auctoritate synodi uel Concilii) in papa habent speciem minorationis; ideo a sacris Canonibus non sunt extensa; sed more similitum locutionum sunt potestati interpretationi relicta, & quasi correcta, dum papa in Concilio dicit, Statuimus sacro approbante Concilio: approbare enim est potestati, sapientia, consensui: nec superioritatem, nec aequalitatem potestatis in approbantibus exigere: ut patet.

Ad sextum dicitur, quod licet ecclesia integra possit dare indulgentias, &c. & eius sit thesaurus meritorum. Unde fiunt indulgentiae; ut propter cuius utilitatem est, non tamen eius sunt ut dominae: quoniam ipsa est serua Domini Iesu, & quicquid acquirit seruus acquirit domino suo: & ipsi dictum est, Cum feceritis quaecumque mandauero uobis, dicit, Quod debuimus fecimus, serui inutiles sumus. Unde non magis ad ecclesiam, sed ad vicarium Domini spectat dispensatio thesauri in utilitate ecclesiae, pro qua est.

Ad ultimum iam patet, quod gratis concedimus synodum, quae uere synodus est, si integram potestatem habere deponendi, excommunicandi, &c. De hoc enim non est questio, sed modo habendi, ut patet ex dictis. Et haec sufficiant ad similia.

CAPVT XVIII.

Dixi in eodem u. cap. quod ex hoc, quod Apostoli miserunt Petrum ad Ioannem & Samaritanos, non potest inferri eos subditos esse apostolis, quia ex Missum esse, non sequitur, subditum esse: ut patet de Spiritu sancto.

Obiicitur, ista consequentia est optima, spiritus sanctus mittitur a Filio, ergo est ab eo, uel eo inferior, & sic oportet fateri, quod Petrus est ab ecclesia, ex quo non est inferior.

Respondet, Quod consequentia illa, quae uocatur optima non est uere optima, cum non sit bona gratia materiae, quoniam spiritus sanctus mittitur a seipso, (ut patet in primo sententiae di. 16.) & tamen non est a seipso nec inferior seipso. Et similiter Filius mittitur a seipso, immo etiam filius mittitur a spiritu sancto, qui est a Filio, ut patet in eodem li. di. 15.

Opusc. Caieta.

D 4 Et

et quia consequentia non est bona de forma: ideo non inferit, Ergo Petrus est inferior ecclesia, vel est ab ecclesia.

CAPVT XIX.

Dixi in eodem c. ii. q. ex 36. q. 2. c. placuit in libro canon. tria haberetur, quod Hier. auctoritas in iuxta sacrae scripturae preualuit Concilio.

Obijcitur, Quod Hieronymus, & dictum Concilium intelligendus pro diuersis temporibus: & quod verba Gratiani ibidem inter paleas computanda sunt.

Respondeo, Quod licet certum sit, quod Hieronymus absolute & non secundum hoc vel illud Concilium futurum loquatur, & quod Concilium generale posset prohibere quod non est absolute prohibendum, verba tamen Concilii non tanquam constitutiva, sed declarantia iuris, sumpta Hieronymi auctoritati non praedudant, & hoc intendit Gratianus, & non quod non posset statuere. Verumtamen quicquid de hoc sit, satis habeo intentum meum ibidem, dum ex illo loco habetur siue auctoritate Gratiani, siue quacunque alia, quod Hieronymi auctoritas preualuit Concilio: & ita hodie iuxta Hieronymum, non iuxta Concilium auctoritate seruat ecclesia.

quod autem computentur verba Gratiani inter paleas ab arguentibus nihil obstat: quia oportet quod ab aliis & non ab ipsis solis inter paleas computentur.

CAPVT XX.

Dixi in eodem c. ii. ex auctoritate Decretalis de electione in c. significasti, quod Concilia a papa auctoritatem habent.

Obijcitur, Dicendo, quod illud est intelligendum de Concilio quantum ad suum congregari, quia regulariter auctoritate Romani Pontificis congregatur; sed ex quo congregatum est, siue auctoritate Romani Pontificis, siue alias, habet immediate auctoritatem a Christo.

Respondeo, Quod expositio ista repugnat textui. Nam ibi duo dicuntur habere Concilia a Romano Pontifice auctoritate, quod facta sunt, & quod robur acceperunt. & primum, ut patet, refertur ad ipsum congregari: secundum autem nisi superfluum, ad auctoritatem congregati. Et conuincitur hanc esse ab illa quae omni ambiguitate intentionem literarum illius; quia reddit rationem, quare conciliorum legibus Apostolica sedes non subest. Si enim dependerent concilia tantum in congregari a papa, ex quo leges faciunt postquam congregata sunt, nihil valeret ratio assignata ad intentum inferendum. Patet namque manifeste quod ex hoc, quod concilia regulariter non congregantur nisi per papam, non sequitur, Ergo non praefigunt legem papae: quia stat, quod congregata praefigant legem, si congregata non pendent ab ipso.

CAPVT XXI.

Dixi in eodem c. ii. c. quod concilium vniuersale legitime congregatum errare potest diffinitio papa absente, aut non consentiente; & quasi dixi quod potest errare eodem modo in his, quae sunt fidei.

Obijcitur, Quia ad concilium generale spectat de terminatio eorum, quae sunt fidei; & ipsi permittitur. Quod docebit vos spiritus sanctus omnem veritatem.

In cuius signum Act. 15. ponitur spiritus sanctus praesidens concilio Apostolorum, cum dicitur, Visum est spiritui sancto & nobis: & non dixerunt, Visum est Petro & nobis.

Hoc satis in nuere videtur Augustino Evangelio non crederem, nisi me auctoritas ecclesiae admoneret.

Et in sexta synodo (ut patet dist. 16. c. placuit) dicitur Placuit huic sanctae synodo, ut amodo confirmata & rata sint canonum Apostolorum 83. capitula. Hoc quo-

quoque deduci potest ex illo, ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi; hoc enim successerit. Apostolorum dicitur Concilium. n. generale representat concilium Apostolorum & Seniorum.

Hoc idem patet ex eo; quod quilibet fatetur se credere in vnam sanctam ecclesiam catholicam, ex hoc enim sequitur, quod ad eam vltima decisio eorum, quae sunt fidei, spectat. Cum enim papa fatetur se credere in vnam sanctam ecclesiam, non dicit se credere in semetipsum.

Præter ecclesiam vniuersalem non potest errare in fide, & concilium gaudet eodem privilegio, quo ecclesia representata sicut eadem potestate. Imo cum ecclesia, ut dispersa nullum actum iurisdictionis exercere possit, nec aliquid sententialiter diffinire in fallibilitas in diffinendo ei competere debet, ut congregata in concilio.

Et si dicatur, quod papa representat ecclesiam sicut concilium, diceretur quod papa representat ecclesiam remota, concilium autem propinquissime; quia in eo est aliquis de qualibet ecclesia saltem sufficiens ter vocatus; & privilegium ecclesiae transit in concilium immediate, eam representans, non autem in summum Pontificem.

Respondeo, hæc obiectiones dupliciter deficiunt: & primus defectus communis est omnibus, secundus autem quibusdam obiectionibus communis. Defectus omnium obiectionum est, quia a concilio declinant ad concilium, secluso papa.

Ex cuius proprio privilegio (Concilium quippe generale sine papae consensu non diffinit) constat quod non vniuersali consensu diffinitio illa facta est, cum papa summum in ecclesia Deiteneat locum, officium, & regimen est vniuersale. Quod autem vniuersali consensu diffinitum non est, proculdubio a concilio ut ecclesia vniuersalem representat, diffinitum non est. Deo igitur, quod propositio dicitur, quod concilium generale non potest errare in iudicio fidei, est vera simpliciter & absolute de concilio iudicante in fide cum papa, & non est vera de concilio Acephalo.

Et hæc responsio sufficit ad omnia obiectiones quantum ad intentam conclusionem: sed quantum ad vim ipsarum obiectionum, in speciali dicitur. Et ad primam quidem, quod ad concilium generale spectat vltima decisio fidei, dicitur quod hoc verificatur de concilio ratione capituli, sicut de homine quod videt ratione oculi. Et quod hoc sit verum; patet de concilio Ariminensi & ephesino secundo, quorum primum errauit in fide cum Arrio, secundum autem etiam in fide cum Eutyche.

Et quod amplius est notandum, istud factum fuit et auctoritate apostolica congregatum, & in neutro consensu erronee diffinitioni Romanus Pontifex.

Et de ephesino quidem secundo clare patet ex multis epistolis Leonis, & gestis Calcedonensis synodi. De Arimineni vero patet ex Rufino in ecclesiastica historia, & in historia tripartita, li. 5. c. 39. Ex effectu igitur manifestum est, quod verbum Domini, Spiritus sanctus docebit vos omnem veritatem, non dictum est concilio dissentienti papa, quibus legitime congregato. Hæc recte examinent omnes, quae hac de re decernant, ut caueant, & a sensatis non recedat iudicium.

Ad secundum dicitur, quod et si concilium illud apostolorum, &c. fuisset concilium generale, nihil aliud haberetur, nisi quod concilio integro cum Petro presente & primo Spiritus sanctus praesideret: quod gratis conceditur. Sed quare ibi in communi diffinitum sit, & quod non fuerit generale concilium illud, in libello illo diximus.

Ad tertium patet etiam, quod August. dixit, Nisi auctoritas me admoneret ecclesiam, & non dixit ecclesiam acephala.

Ad quartum fateor me non videre quid probet, nisi contra afferentes, quia canones apostolorum quamvis a synodo confirmati evanuerunt; hoc. n. non facit ad celsitudinem potestatis synodi quam illi intendunt.

Ad quintum dicitur, quod ad literam loquitur de ecclesia vniuersali, quae nunquam deficiet: haec. n. est, quae succedit apostolis, & aliis quibus Dominus loquebatur. Ab ecclesia autem vel etiam Concilio eam representante, ad Concilium acephalum, non va-

let argumentum.

Ad sextum dicitur, quod antecedens assumptum ex articulo fidei de vna sancta ecclesia potest dupliciter legi, scilicet cum praepositione, in (dicendo, Credo in vnam sanctam ecclesiam catholicam) & sine illa praepositione, quod melius indicat D. Thomas, dicendo, Credo vnam sanctam ecclesiam catholicam. Et siquidem dicatur, Credo in vnam, & c. sumitur ecclesia pro ecclesia integra, corpore. scilicet & capite, quod est Christus dominus: ratione cuius in ecclesiam dicimus credere. Et tunc optime valet consequentia: ergo ad huiusmodi ecclesiam pertinet vltima decisio fidei, & quod papa non dicit credere in semetipsum. Sumi quoque potest pro ecclesia in terris, ut iungitur Spiritui sancto, ratione cuius dicimus credere in ecclesiam, ut D. Thomas placet. Et sic etiam patet quod optime valet consequentia, quod ad ecclesiam catholicam iunctam Spiritui sancto, ut sic spectat vltima decisio fidei, & quod papa non dicitur propterea credere in seipsum, sed in spiritum sanctum, ut est ecclesiae rector, sed non valet vltior consequentia, ergo ecclesiae acephalae. Si autem legitur sine praepositione, tunc dicitur ut supra, quod creditur vna sancta ecclesia catholica ecclesia: sed non valet, ergo ecclesia acephala. Et conceditur quod ad vnam sanctam ecclesiam catholicam spectat vltima decisio fidei; sicut & potestas iurisdictionis, quae conuenit ei ratione partis. Nec papa credendo ecclesiam dicitur credere seipsum, sed dicitur credere officium suum & aliorum, in cuius signum a fide deuiaret, si non crederet officium suum.

Ad septimum dicitur primo, quod Concilium etiam integrum non admitto gaudere de necessitate privilegio personali ecclesiae (quale est esse semper in ecclesia fidei formatam) quam de ecclesia haec conitatur, de Concilio autem nullibi inuenisse me fateor authentica auctoritate firmatum, quamvis rationabile sit de facto ita esse, quod. scilicet in aliqua persona Concilij sit fides formata. Dicitur secundo, quod non posse errare in fide iudicialiter est privilegium ecclesiae ratione capitis, ad quod spectat iudicium. Et ideo non est privilegium ecclesiae acephalae, nec ecclesiae, scilicet collectionis fidelium, ad quam non spectat potestas iurisdictionis, quam tamen ecclesiam pro collectione fidelium omnium tamen, concilium representat, & cui promissit Dominus quod semper esset. Et ex hoc patet quantum deficit argumentum illud, nam procedit, ac si ecclesiae ratione coitatis conueniat privilegium illud non posse errare iudicialiter: cum consistet quod sicut iurisdictione conuenit ecclesiae ratione capitis, ita actus iurisdictionis. Et quia actus iste, scilicet iudicialiter diffinire de fide, concernit vniuersalem ecclesiam, ideo conuenit ecclesiae ratione capitis, cui commissa est cura vniuersalis ecclesiae: sicut alij actus ratione aliorum capitum proportionaliter. Dicitur ergo tertio formaliter, quod Concilium

integrum gaudet eodem privilegio officij non personae, quo gaudet ecclesia, & eodem modo, scilicet ratione partis, puta capitis: & similiter gaudet eadem potestare, & eodem modo: sed ex hoc magis habetur intentum. Et concedo gratis, quod infallibilitas in diffiniendo de fide conuenit Concilio integro ratione capitis, & non ab ecclesia: cui et hoc non conuenit nisi ratione capitis, sed a Domino Iesu, cuius caput vices gerit.

Quod autem dicitur de representatione immediata & remota, duo importat, scilicet representationem ecclesiae per papam & Concilium, & modum representationis. Et quo ad representationem dicitur, quod inter papam & Concilium tanta est in hoc differentia, quod Concilium representat vniuersalem ecclesiam integram (hoc est corpus cum capite) proportionaliter: sic quod caput Concilij representat Christum caput ecclesiae, & corpus Concilij corpus ecclesiae. Et hic est verus & indubitatus sensus, quo Concilium vniuersalem ecclesiam representare dicitur, & a Domino immediate potestate habere. Ecclesiam autem in terris positam Concilium integrum quo ad potestatem representare dicitur, pro quanto omnis ecclesiae potestas in eo inuenitur per seipsum, vel in sua vicaria: quo ad vitam vero, quia intelligitur in ipsum consentire omnium personarum ecclesiae vota, ut patet ex auctoritate Gregorij supra inducta. Papa autem vniuersalem ecclesiam integram, & in terris ecclesiae potestatem & vota difformiter representare inuenitur, nam caput Dominum, scilicet Iesum Christum participationem, papatum in seipso formaliter, reliquae ecclesiae potestatem & vota eminenter representat. De differentia autem obijciendo tacta, totum oppositum est: quia dum ratione praeturae Concilium ecclesiam representare dicitur, & solus papa immediate a Christo praelatus est, reliquum autem ecclesiae corpus a Domino mediante Petro munus hoc habet, oportet dicere quod papa immediatus representat ecclesiam, quam Concilium; quia Papa, mediante solo Christo, Concilium autem mediante Christo & papa.

CAPVT XXII.

Dixi in c. 13. Quod potestas applicatiua Papatus ad personam regulariter, & principaliter est in papa, & non nisi in casu in Concilio, seu ecclesia, & in c. 6. idem sub alijs verbis, scilicet quod potestas electiua papae in papae potestate est. Et attuli ad hoc vtrouique, duo argumenta. Primum ex facto petri 8. q. 1. cap. si petrus. Secundum ex eo quod papa determinat de actu electionis, ita quod contrario modo factus sit irritus.

Obijciunt contra quatuor, scilicet contra hoc, quod talis potestas est in papa, & contra hoc, in casu tantum est in ecclesia seu Concilio: & contra vtrunque argumentum.

Primo ergo arguitur contra primum ex Ochia. Si potestas electiua papae esset in potestate papae, sequeretur, quod papa posset relinquere ecclesiam absque potestate electiua, quod est impossibile: ergo, et tenet sequela, ponendo quod mortuis, vel priuatis electoribus papa non ordinaret electores. Et si dicatur, quod in tali casu deuoluitur ad ecclesiam: contra, quia tunc sequeretur quod ecclesia esset superior papa, quod tu negas. Et tenet sequela, quia nunquam potestas aliqua ex negligentia alicuius deuoluitur ad alterum, nisi sit simpliciter & absolute superior: potestas. n. papalis non deuoluitur ad episcopum ex negligentia papae non providentis alicui beneficio, sed econuerso. praeterea, si ecclesia in illo casu habet potestatem electiuam, quaeritur a quo habet

habet immediate: cum a seipso non habeat. Si dicatur a Christo, difficile erit reperire in sacris literis fundamentum, in quo possit stabiliri, quod in illo casu habeat, & non regulariter.

Secundo principaliter arguitur ex Armachano. Non est verisimile, quod Dominus voluntati unius hominis commississet potestatem electivam summi Pontificis: quia posset evenire, quod una progenies diceret, Hereditate possideamus sanctuarium Dei: dum quilibet in fine vite suum consanguineum subrogaret.

Tertio, quia sequeretur, quod etiam potestas destitutiva papae in casu heresis, quo deponi potest, esset in papa: & sic par in parte haberet imperium. Et rursum quod papa posset constituere quod papa hereticus a duobus vel tribus deponi posset. Et tenet sequela: quia per eandem causas habent generari & destrui potestates istae.

Quarto, si in papa esset potestas electiva papae, vel ergo est in eo potestas illa sic, quod per semetipsum potest successorem eligere vel solvi, quia aliquibus potest illam potestatem communicare. Hoc secundum nihil habet apparatus: ex primo autem si concedatur, sequitur hoc inconueniens, quod esset in potestate duorum facere quod alternatis vicibus quilibet per annum in ordine suo esset summus Pontifex, more Annae & Caiphae. Et patet consequentia: quia vnus papa pro sua voluntate potest eligere alterum in papam, & in fine anni ille alter reeliget secundum, & sic deinceps.

Quinto, Christus non contulit papae aliquam potestatem perniciosam ecclesiae: sed (ut habet glossa in cap. si Petrus) hoc est perniciosum, quod aliquis eligeret sibi successorem: ergo Christus non contulit illam potestatem.

Contra rationem ex facto petri allatam, dicitur primo, quod Petrus non instituit Clementem, sed institutum ordinavit. Dicitur secundum, quod hoc fecit instinctu Spiritus sancti: quo etiam praevidebat mortem. Dicitur tertio, quod papa in casu necessitatis, quo electores non possent congregari, & pro occurrenti periculo opus sit pastore, potest papa moriens instituire successorem.

Contra rationem autem, ex hoc quod papa statuit circa actum electionis etiam electores determinando, &c. dicitur quod papa non dedit potestatem electivam Cardinalibus, sed ecclesia uniuersalis in sexta synodo in eum nomine Domini. Vbi Nicolaus papa non propria autoritate, sed sanctorum patrum statuit. Et propterea vbi Cardinales potestate sibi tradita abuterentur manifeste, uniuersitas fidelium posset eos priuare potestate electiva papae, & aliam eam committere.

Respondeo, & primo declaro sensum verborum meorum in libello illo: secundum quid in hac materia mihi videtur: tertio, satisfacere curabo obiectis.

Quo ad primum nunquam dixi, quod papa potest sibi eligere successorem, nec quod potestas electiva papae sit in papa formaliter, nec quod potestas applicatiua papatus ad personam sit in papa formaliter: sed dixi quod huiusmodi potestas est in papa regulariter, & principaliter. Constat namque apud viros doctos, quod multa sunt in potestate superioris quae non sunt in illo & eius potestate formaliter, & quae etiam non potest per seipsum immediate facere. Sunt enim in intelligentijs, (quas angelos dicimus) formae inferiorum, & eorum potestates, non tamen formaliter, nec sic quod possint earum actus per seipsas exercere, sunt in corporum coelestium

potestate formae elementorum, & eorum potestates, non tamen formaliter, nec sic quod eorum opera possint per seipsas exercere. Stat igitur, quod huiusmodi electiva potestas sit in papa regulariter & principaliter; & non sit in eo formaliter nec possit per seipsum huiusmodi potestatis actum exercere. Sumantur ergo verba mea in hoc sensu, quod potestas electiva est in potestate papae virtualiter, seu eminenter, & hoc quo ad modum essendi, & quod est in potestate papae regulariter, id est ordinario iure, ad differetiam ecclesiae vidue: in qua est eiusmodi potestas in casu, & principaliter ad differentiam eiusdem ecclesiae, in qua est secundario: pro quanto in casu potest non solum eligere, sed facere electores ordinare de modo electionis. Hec de primo.

Quo ad secundum: quia eius est potentia, cuius est actus (ut dicitur in De Somno & vigilia) & electionis papae actus simpliciter & absolute non est papae, ideo potestas electiva papae non conuenit formaliter papae. Probat minor, Electio papae est actus factiuus, quantum ex se est tunc papae, ergo repugnat ei quod praesupponat per tunc papae. Et tenet consequentia: quia quod sit, non est: si enim esset, iam non fieret. Tunc ultra, ergo elector papae non est papa, & tenet sequela: quia elector praesupponit suam naturam electionis & est simul tempore cum

electione. Tunc ultra, ergo actus electionis papae non est papae, & tenet sequela: quia electio papae est actus electoris papae. Ex hoc igitur patet, quod potestas electiva papae, cuius actus simpliciter & absolute est electio factiua ex natura sua tunc papae, non est in potestate papae formaliter. Et confirmatur auctoritate consuetudinis ecclesiasticae, qua sit, ut electiones Pastorum non fiant nisi vacationis tempore, nec non diuinae sapientiae suauiter omnia disponētis, quae dixit, Sufficit diei malitia sua, crastinus. n. dies sollicitus erit sibi ipsi. In subiecto igitur opportuni temporis, quo praesens electio eligere debet, locata est formaliter, & non in papa, qui solum praesens de sollicitudine crastini dici eligere posset, ut patet.

Subiectum autem huiusmodi electivae praesentis formaliter (iuxta Peripateticam & apostolicam simul auctoritatem, qua inuisibilia ex inuisibilibus cognoscenda a nobis sunt) ex ipsius electionis actus exercitatione inuestigandum est. Apparet autem absque omni ambiguitate, quod electio papae ad Romanam ecclesiam spectat, computando intra Romanam ecclesiam episcopos & Cardinales, qui velut suffraganei Romani Archiepiscopi introducti videntur. Et propterea cessante omni humano statuto certisque existentibus ecclesiae Romanae membris, in eadem regulariter est potestas electiva papae non minus quam in ceteris ecclesijs praesentis electivae suorum episcoporum. ex eo enim quod Christus, Dominus Romanam ecclesiam eligit in Petri ecclesiam propriam dum ipsi ne ex Roma, si Antiochia papatum transferret, inhiuit (dicēs, Venio Romam iterum crucifigi) ecclesiae Romanae potestatem electivam papae non positivae, sed negativae, hoc est oppositum non ordinando concessisse dicitur. In casu autem incertorum electorum, ecclesiae uniuersali eadem potestatem eadem ratione (quia scilicet episcopus uniuersalis ecclesiae) & eodem modo, scilicet negativae de disse intelligitur. ex statuto autem humano, apostolica auctoritate contractum per viam determinationis positivae est subiectum potestatis electivae ad Cardinales Romanae ecclesiae solos, papa enim ex eminentia praesentis curiae ac regiminis uniuersalis, potest de electiva praesentis decernere, ipsamque sic dirigere

gere & ordinare, vt contrario modo faciendū, irrita sit in suo opere & subiecto: vt patet in gestis ipsorum Pontificum, & obseruatione ecclesie. Hac de secundo.

Quo ad tertium, respondeo obiectis pro quāto militant aduersus hæc. dicitur ad primū, quod impossibile est, ecclesiam relinqui absq; papa & potestate electiua papæ; quoniam decedente papa absque ullo decreto de hoc negatiue relinqt potestatem electiuam ecclesie Romanæ: sicut Linus successor Petri immediatus electus creditur. Responso quoq; data, quod per viam deuolutionis potestas applicatiua papatus ad personam esset in ecclesia uniuersali in casu, pro quanto ex meo libello assumitur, non intelligitur de deuolutione propter negligentiam, contra quam obicitur, sed communiter, & propterea non sic ardetur Deuolutionis uocabulum, quin siue deuolutionis siue successio- nis, siue suppletionis, siue cuiuscunque alterius modi in hac sententia uiam includat. Vnde non super negligentia electorum, sed super defectu ordinariū electorū fundauit: & in tali non in alio casu sibi dicta intelligo. Existētibus siquidē certis electorib; q; hodie sūt Cardinales, nō succedit Romana ecclesia, neq; ecclesia uniuersalis: defunctis autē omnibus Cardinalibus Romana ecclesia, a qua Linus est electus ante humana iura nobis nota, immediate succedit. Quia tamen pars clauditur in toto, & in ecclesia uniuersali clauditur ecclesia Romana, si Concilium generale cum pace Romana ecclesie eligeret in tali casu papam, uetus papa esset ille qui electus sic esset. A quo autem ecclesia Romana, aut ecclesia uniuersalis haberet in casu potestatem electiuam papæ, & non regulariter, facile patet. Nā constat, quod haberet a Christo, & eius uicario negatiue; quia, si neuter ordinauit oppositū, & Christus Dominus statuit Petrum in successoribus perpetuum. Stante siquidem hoc secūdo, cū successio carnalis in nouo testamento concilio constitutis, maxime conuenienti perfectissimo statui (qualis papæ est) disponat, uoluntaria quoque quasi adoptio uel institutio successoris sui ecclesie dispositioni aduersetur: via electionis perpetuandis relinquitur successor Petri, proculdubio ab ecclesia sua, quæ quia est Romana & uniuersalis, nisi ipse papa determinet, qui Romanam & uniuersalem ecclesiam representent in eligendo, determinationi ipsius Petri & domini, quo facta, morte, s. Petri in Episcopatu Romano determinatum est, quod ecclesia Romana representet ecclesiam uniuersalem in electiua potestate (ut patet si secundum omne ius posituum per intellectum: & aspiciamus ad ecclesie antiquæ consuetudinem) standum est. Vnde non oportet sollicitari de autore potestatis electiue in casu, & non regulariter in ecclesia.

Ad secundum dicitur, q; non est contra sensum declaratum. Argumentum tamen non est ostensiuum, nec ducens ad inconueniens ex natura potestatis: sed ex abusu ex quo si liceret arguere, nescio quæ potestas uniuersalis recte committi posset uni homini. Ad tertium dicitur, quod quilibet potestas ecclesie est inferior potestate papæ: cui reliquæ subiacent potestates, nullum inconueniens uideo concedere, quod in papæ potestate eminenter continetur potestas etiā depositiua papæ hæretici, & quod posset constituere, & quod a collegio Cardinalium posset deponi in casu quo deponendus est. Nec sequitur quod par in parem habeat imperium: quia

A non supra papam, sed supra coniunctionem papatus, cum persona, exercet imperium in statu in quo coniunctio illa est in corrumpi ex diuino iure.

Ad quartum dicitur, quod proprie loquendo, neutro modo est potestas electiua in papa: sed quia potest determinare electores & modum eligendi. Vnde non oportet ad inconueniens deductū rēdere, quod tamen ex abusu potestatis sequeretur.

Ad quintum dicitur, quod non potestas, sed abusus potestatis si data eēt a Christo, esset pernitiosus. Ad obiecta uero contra rationem ex facto Petri, dicitur, quod prima glossa uidetur contra textum dicentem tradente sibi Petro, & non dicit ordinante, quod sibi traderetur: secunda uero glossa acceptari potest quamuis non sit authentica: presertim quia mortem non instinctu Spiritus sancti, sed Domini uoce agnouit, dicentis, Venio Romam iterū crucifigi. Tertia autem glossa si acceptatur, eminentiē potestatis papæ fauet, ut patet: sed quomodo tūc fuerit talis necessitas, debet aperiri. Videtur tamen mihi, quod uel iuxta secundam glo. instinctu Spiritus sancti Petrus hoc fecerit, uel de eminentia potestatis (propter quod dissoluum a Spiritu sancto dicitur factum Petri, non semper erunt Petrus & Clemens) uel potius quam tanquam incertum factum, autoritatem firmam non faciat. Dico autem incertum, quia ecclesia Linum & Clerum reputans summōs pontifices, computatis annis, quibus quilibet eorum rexit ecclesiam Romanā ante clementem, testari uidetur, quod uerba illa Ioānis papæ tertii tanquam narratiua crediti facti accipiēda sint, & non ut authorizantia factum quod narratur, propter quod autoritate illa utimur. Ut ualeat quantum ualere potest. Accedit ad hoc uersus in glossa ibidem de Clemente dicens.

Disputat hoc mundus quartus fuerit secundus.

Ad obiecta demum contra rōnem ex hoc, quod papa statuit de electoribus papæ, dicitur quod manifeste constat ex illo can. in nomine Domini, q; propria auctoritate papa illud statuit in synodo, ut patet ex illis uerbis, Venerabilis Pōtifex decernens auctoritate apostolica, inquit, Mirum est autem, q; arguentes nō aduerterint grammaticam cōstructionem in sequentibus, (ubi dicitur, Quapropter instructi prædecessorum nostrorum, aliorumque sanctorum Patrum autoritate, decernimus, ut obeunte, &c.) & dixerint propter hæc uerba, quod papa nō propria, sed sanctorum patrum autoritate statuit: cum ly auctoritate, determinet ly Instructi, & nō ly Decernimus, unde solidum stat, q; papæ auctoritate propria statutum illud fecit. Quamuis ē oīa statuta de electione papæ, quæ summus pōtifex ē in synodo fecit propria auctoritate fecerit: & sancti patres in synodo congregati nihil possint sine auctoritate Rom. pont. statuere. Hæc quoque ex auctoritate papæ fieri comprobatur, dū statuta Gregorii decimi cum Concilio Ludunensi, (quod habetur in sexto de elect. ubi periculum, disponens de electione papæ reuocatum per Adrianum, & Io. 29. ac deinde reassumptum p. Celestinū quintum & Bonifacium octauum) robur auctoritatis habet, ut glo. in eodem dicit. Clementinam quoq; ne Romani, de electiōe papæ, a papa non a Concilio generali factum esse patet, in clementinis de electione. Multa quoque circa electionem papæ in di. 70. patet a Gratiano referri. Et nouissime Iulius 2. qui uiuit & regnat, statutum nouum edidit de electione papæ absque Concilio generali: Vñ negare hūmōdi p̄tate in papā est negare sensū:

C A.

Dixi in c. 20. 21. & 22. quod in ecclesia Dei est potestas authoritativa super coniunctionem Petri & papatus, non autem super papam.

Obiicitur contra tripliciter. Primo, quia contrariantur dictis in libello illo. Secundo, quia contrariantur hæc duo inter se. Tertio, quia falsum est, quod potestas depositiva papæ, quæ in ecclesia, non sit authoritativa supra papam.

Primum ostenditur sic. In c. 6. & 13. dictum est, quod potestas applicativa ecclesiasticæ potestatis ad hæc vel illam personam est in solo papa, nunc dicitur, quod potestas authoritativa super coniunctionem est in ecclesia, ergo contradictio.

Secundum autem ostenditur exemplo, quo videtur retorquendo in me. Habere enim potestatem super hominem, non est habere potestatem super animam nec super corpus, sed super separationem animæ a corpore, cum nihil aliud faciat occidens hominem. Quid ergo aliud est habere potestatem authoritativam super papam, quam posse papatum ab ipso authoritativè separare.

Tertium autem (quod si ecclesia authoritativè super papam ipsum deponit) probatur tripliciter. Primo, quia aliter papa hæreticus citatus non tenetur comparere, nec erit contumax, non comparens iudicabitur ergo inauditum, aut non obligatum respondere. Secundo, Omnis actus punitivus personæ ratione proprii peccati, est ab habente iurisdictionem super eum qui punitur. Tertio arguitur ad hominem, in ipsum si ecclesia potest excommunicare papam hæreticum antequam deponat: ergo habet authoritatem iurisdictionis super papam. patet sequela, & antecedens ex te est: quia quum tu dicas hanc consequentiam esse bonam, non est excommunicatus ipso facto, ergo non est depositus. & ista erit bona. Non potest excommunicare: ergo non potest deponere. & ista, potest deponere, ergo potest excommunicare.

Respondeo, & ad primum dicitur, quod nulla est in dictis meis contrarietas, quoniam superius de autoritate eminentiæ erat sermo, ubi ecclesiæ potestati comparabatur. Unde dictum est ibi, quod papa est moderator & director potestatis ecclesiæ, & non econverso, hoc enim ad eminentiam, & non eminentiam potestatis spectat. Hic autem sermo est de autoritate efficacis, dum dicimus, quod potestas ecclesiæ authoritativa potest super coniunctionem, & cetera. hoc enim nihil aliud sonat, nisi quod talis potestas, tanquam superior coniunctione illa potest efficere illam, agens enim ut sic, præstat eo quod fit ut sic. Cum hoc namque patet bene stare, quod potestas applicativa potestatis ecclesiasticæ, secundum eminentiam est in solo papa.

Ad secundum vero dicitur, quod hæc duo, scilicet potestas est super coniunctionem, & non super papam, in nullo repugnant inter se, quia diversa sunt. Et papa significat aliquid maius coniunctione, quoniam significat formam papatus, sicut dominus formam dominii. propter quod retorsio exempli de homine nihil valet, nam non convenit papæ significatum æquiparare significatio hominis & simile de utroque ferre iudicium, quia homo significat formaliter compositum ex anima & corpore, papa vero significat formaliter purum papatum, quamvis in concreto, ut patet. Sed hoc totum petrus papa se habet ut ly homo, & conceditur, quod potestas illa potest super petrum papam ratione subiecti (ut in

F libello dicitur) non autem super papam, quia non potest ex parte formæ. Unde patet nullam esse repugnantiam, & quod aliud est posse super papam, & aliud super Petrum papam, sicut aliud est posse super compositum & aliud super formam.

Ad primum autem contra tertium hoc, scilicet quod potestas ecclesiæ non est supra papam, respondetur, quod Petrus papa hæreticus tenetur ad omnia que sunt necessaria id iudicium depositionis ipsius, ut in libello ca. 21. expressè dictum est, unde mirandum videtur de obiectionibus. Dico igitur, quod petrus papa hæreticus ratione subiecti sic dispositi, subditur potestati depositivæ ecclesiæ, & in omnibus necessariis preambulis & consequentibus. Nec ex hoc sequitur, quod potestas ecclesiæ sit supra papam, sed supra petrum papam, sic depositum in hoc tractatu.

Et per hoc patet solutio primi & secundi. Ad tertium vero dicitur, quod (ut patet in capit. 19. libelli, unde impositum est mihi quod dicam illam consequentiam bonam) numquam ego dixi hoc, nunquam somnauimus connexionem inter excommunicationem & depositionem, imo oppositum expressè sensi. Ego enim ex illa communi radice, id quod infligitur a iudicio humano, non incurritur ipso facto ex solo peccato interiori pure, intuli duo, scilicet negationem excommunicationis, & negationem priuationis, & dixi quod si ex hac radice sequitur non esse excommunicatum, multo magis sequitur non esse priuatum, quia ibi non requiritur declaratio apud Iuristas, sicut hic. Argumentum autem procedit contra ducentem illationem formalem a negatione excommunicationis ad negationem depositionis, & ideo non est ad propositum.

CAP. XXIII.

Dixi in ca. 21. quod papa posset committere potestatem depositivam papæ hæretici collegio Cardinalium.

Obiicitur quod non possum sic dicendo sustinere, quin par in a parem habeat imperium.

Respondeo, quod facillime patet ex hoc non sequi, par in a parem habere imperium: quia potestas depositiva non est supra papam, sed supra coniunctionem petri cum papatu: quæ coniunctio non est par papæ. Quare autem huiusmodi potestas depositiva papæ, quamquam minor papatu, non sit antehabibilis ab ecclesia a papa, in promptu causa est, quia diuino iure illi convenit contra papam hæreticum, ut patet ex dictis in libello.

CAP. XXV.

Dixi in c. 26. rationem, quare papa pro infidelitate sola potest deponi, quia sola infidelitas inter crimina contrariatur ad esse papæ.

Obiicitur dupliciter contra hanc rationem.

Primo, quia falsum est quod fides requiratur ad esse papæ, enim papa si fiat hæreticus, adhuc sit papa apud me: sufficit enim character baptismalis.

Secundo, quia hæc ratio æque fortiter probaret, quod pro heresi deponi non posset: quia heresis non opponitur ad esse papæ.

Respondeo, quod ratio mea non est intellecta ut est, studiosè namque non posui inter conditiones requisitas ad esse papæ fidem, sed christianitatem, ut excluderem hanc obiectionem. Nec assumpsi, quod infidelitas sola inter vitia contrariatur fidei, sed christianitati, seu conditioni requisitæ ad esse papæ, ut patet in libello. constat enim christianitatis statui qui membrum Christi constituit solum infidelitatem inter vitia opponi, & quod Christianitas

Christianitas requiritur necessario ad esse papae. Et in libello eodem, ca. 27. clarè manifestam differentiam inter Christianitatem & fidem & quod Christianitas est status quidam Ecclesiasticus ex caractere & fide constitutus. Sed ut melius vis rationis perspiciatur, ex conclusione intèta & directa oppositione infidelitatis, considerandum est, quod non est intentum, aut deducta conclusio ex illa ratione, quod papa habet non esse propter infidelitatem, sed quod est dispositus propinquissime ad non esse. quod significat conclusio dicens, quod esse deponendus. Et propterea non oportet, quod infidelitas sic opponatur Christianitati, quod auferat totaliter esse Christianum: si enim hoc tolleretur, non deponendus, sed depositum papam inferret, sed fat est, quod opponatur Christianitati sic, quod constituat Christianum hominem, quantum est ex parte hominis in non esse Christianitatis. Per hoc siquidem non esse Christianitatis in Petro papa, constituitur Petrus papa in esse deponibili: quia per tale non esse est dispositus sic ut deponi possit, ut patet ex dictis in libello. Et manifestat ex officio papae, cum enim papae officium sit pascere doctrina & opere, cum habet fidem formatam velut sanus vivit in papatu: cum autem habet fidem informem ob perditam charitatem; non pascit amplius exemplo, sed doctrina tantum: ac per hoc velut ager in papatu est. Si demum etiam fidem omnino amiserit, iam nec doctrina pascere potens est, & quasi mortuus sicut in extremis vitae constitutus, ad omne opus inutilis dispositus est, ut morte depositionis auferatur a vita papali. Unde patet responsio ad primum: quia non obstat ratio, quod infidelitas stat cum esse papae, ut patet ex dictis: et potes eandem sententiam unico verbo dicere, quod fides est necessaria ad esse papae simpliciter, quamvis non sit necessaria ad esse papae sic, scilicet quasi mortui: imo ex hoc quod constituit papam in esse papae simpliciter, & eius oppositum constituit in esse papae quasi mortui; manifestè sequitur, quod constituit papam in esse deponibili.

Et per hoc patet solutio secundi: heresis enim non stat cum esse Christianum simpliciter, nec cum esse papam simpliciter: quamvis non auferat totaliter virtusque esse. Sed quia constituit non esse Christianum quantum est ex parte hominis, ideo constituit dispositum ad non esse papae: quoniam esse papam simpliciter supponit esse Christianum simpliciter. Sed argumentum in hoc fallitur: quia accipit hanc rationem ac si inferret non esse papae sic, quod esset depositus: cuius tamen contrarium patet in litera. Manet ergo ratio illa non inuenta adhuc minus habens, quis in statera posita, ut desiderare me dixi.

CAPVT XXVI.

Dixi in eodem 26. cap. iuncto 25. quod ex sacra scriptura solus casus heresis excipitur ab impunitate papae respectu ecclesiae.

Obijcitur, quia in sacra scriptura inuenitur etiam, alias criminofum esse separatum, ut patet 1. ad Corinth. 7. Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut avarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Et Dominus Matth. 18. inuuit hominem pro quolibet mortali, cui annexa est contumacia, esse excommunicandum. Et glossati fuerunt hi textus de subditis in terra, similiter glossabuntur textus allegati per te de heretico. Et ad dicta Saluatoris & Petri conceditur, quod quandiu bene docent & remanent prelati, sunt audiendi.

Respondeo, quod quum sacra scriptura tota sit ab vno authore, (qui est spiritus sanctus,) & velut

A vna integra doctrina legis diuinae, non est glossis, sed textui attribuendum, quum ex coniunctione diuersorum locorum scripturae, sensus vnus colligitur: sic autem est in proposito. Quum enim propter heresim maximè & propter alia etiam crimina sint diuino iure vitiosi multi separandi ab ecclesia, & exceptio fiat de solis prelati ab ipso diuino iure in criminibus aliis ab infidelitate: manifestè colligitur abique nostris glossis, quod reliqui pro multis criminibus: prelati autem pro sola infidelitate diuino iure separandi ordinatur. Scriptura igitur loquens de hereticis communis est prelati & subditis: quia nulla fit exceptio in ea de prelato: loquens autem de alijs criminibus, prelatum simpliciter non comprehendit: quia excipit eum.

B Ad responsionem verò datam exceptioni Domini & Petri (quoniam exceptus est prelati Matt. 22. Super cathedram Moysi, & 1. pet. 2. Obedite prepositis, dy. scolis) dicitur quod responsio illa, si quamdiu bene docent & sunt prelati, potest bene & male intelligi. Bene quidem, si sit sensus, quod quamdiu per se bene docent & sunt prelati: et sic nihil obstat proposito, quoniam fides Christi est, qua fit doctrina, & quae sustinet prelatum in esse simpliciter, ac per hoc quamdiu habent fidem, habent unde per se rectè doceant, & sint prelati, quantum est ex iure diuino, ut patet in libello. Male autem si sit sensus, quod non dicitur prelati tolerandus: sed si toleretur, audiendus: quoniam quum in maiori includatur minus, & plus sit maios prelatos audire cum effectu, & obedire eisdem quod tolerare (ut patet) consequens est, quod mandatum Domini & Petri de obedientia prelati male vite & bonae doctrine, claudat in se mandatum de tolerantia ab eisdem, quibus obedientiam indidit: et sic auctoritas iuris diuini allata efficax ad propositum restat, supra firmam petram fundata.

CAPVT XXVII.

Dixi in eodem 26. ca. conclusiue, quod in solo casu heresis papa subijcitur ecclesiae, ita quod possit deponi.

D Obijcitur, primo, quia in epistola Clementis ad Iacobum ex ore Petri apostoli ordinatur, quod Clemens papa deponatur propter negligentiam, ecclesia siquidem non spernit illam epistolam, quod sufficit.

Secundo, quia cum ecclesia in casu heresis sit iudex papae, & ralem potestatem non habeat, nisi Matth. 18. & ibi non commemoretur magis peccatum heresis, quam quodcumque aliud cum contumacia, sequitur quod non solum in casu heresis ecclesia sit iudex papae.

Tertio, quia si vicarius regis absentis tyrannicè regeret, communitas posset illum deponere: ergo ecclesia potest deponere vicarium Christi Domini, si tyrannicè regat.

E Respondeo, quod in epistola illa eadem facilitate rejicitur, qua recipitur: imo maiori rejicitur, ut patet ex opposito decreto 40. dist. si papa, ubi manifeste per negligentiam papa non iudicandus est, quis pernitiosam: unde non sufficit illius auctoritas.

Auctoritas autem Domini secundo loco allata, potestatem ecclesiae supra subditos sibi ut sic manifestat. Et propterea cum papa ex alijs locis sacrae Scripturae non sit subditus ecclesiae nisi in casu heresis, consequens est, ut ea illa sententia Domini non habeat ecclesia potestatem super eum, quia est papa, nisi in casu heresis: quod enim ibi non est expressum, sufficit alibi inueniri declaratum.

Ad tertium dicitur, quod similitudo illa deficit dupliciter. Primo, quia communitas libera habet pote-

potestatem deponendi principem, & regem, s. si tyrannicè regat, & ideo nō est mirum, si potest deponere etiam Vicarium illius: ecclesia autem serua est principis sui Iesu Christi. Secundo, quia Rex purus homo absens supponitur, & solum per vicariū gubernare, Rex autem noster sic absens est corpore, vt per seipsum audiat querelas contra Vicarium suum ab ecclesia & membris singulis, & propterea nō est ab ecclesia eius vicarius deponendus, sed recurrendum est ad principem audientem, & optimum vt deponat.

C A P V T XXVIII.

Dixi in eodem 26. ca. quod propter scandalum non est præcindendum caput iuxta Domini sententiam Matth. 18.

Obijcitur, quod licet non sit auferendum caput totaliter sic, quod nunquam sit futurum aliquot caput: tamen auferendum est istud caput sine quo in corpore remanet vita, immo quod corpus inficit quantum est se.

Respondeo, quod ex verbis Domini, negatiue tñ (vt in libello dictum est,) sumitur quod nec totaliter, nec hoc caput præcindendum est, quoniã expresse dicitur si manus tua, oculus tuus, pes tuus. Pronomen siquidem adiunctum ostendit, quod de membro hoc loquitur: & consequenter de capite isto negatum accipimus quod præcindatur. Falsum quoque est, quod sine isto capite sit vita, quum ipsum loco Domini saluificet ecclesiam, vt in c. si papa. dist. 40. dicitur. Nec inficit hoc caput, sed recte docet, quamuis abusus potestatis capitalis in isto inficit quantum est ex se ecclesiam: nō hoc caput, sed abusus illius in culpa est, & non est præcindendum caput, sed illius abusui congruis remedijs obtinendum.

C A P V T XXIX.

Dixi in c. 27. quod Deus optimè prouidit ecclesiam, disponens, quod orationis remedio contra malum vteretur, non autem depositionis potestate.

Obijcitur tripliciter. primò, quia minus bene instituta esset politia ecclesiastica, quàm ciuili, & teneret sequela, quia ciuili potest principem tyrannicè regentem pertinaciter deponere, ecclesiastica autem non potest.

Secundo, quia Deus ademisset communitati ecclesie potestatem sibi naturaliter conuenientem, & necessariam ad pacificam conuersationem, qualis est potestas depositiua principis in casu tyrānidis, & tenet sequela: quia talis potestas naturaliter conuenit communitati perfecte & libere.

Tertio, quia quum Deus opportunius remedium, quàm orationem ecclesie potuerit instituire (scilicet potestatem depositiua) dicere non aliud remedium quàm orationes reliquisse, est dicere politiam ecclesiasticam non bene institutam, & effectam seruam strictissima seruitute.

Respondeo, quod Deus longe melius & eminentius instituit ecclesiasticam rempublicam, quàm ciuilem; quoniam illā instituit cum proximo & homogeneo capite viuo in perpetuum sine potentia errandi, presente spiritualiter votis omnium, & singulorum vbi que. hæc. n. est institutio reipublice Christiane simpliciter. De institutione autē ad tēpus, s. corporalis absentie principis nostri, dicit etiā, quod optima est, quoniam consonat primarie institutioni. & quoniam Respub. Christiana s. m. suam primariam institutionē seruā est nata: & tota potestas est in suo principe naturali, ideo optimè consona institutio ad tēpus est, vt non cōtati, sed vicario principis potestas

plena cōmittatur, (vt prædictum est,) & quod reipublica quamdiu Vicarius principis sub principe est simpliciter (quod fit per esse christianum) simpliciter recognoscat principem viuum, & recurrat ad eum audientem & paratum exaudire: Et scito quod contingit homines in hac re falli quasi a negatione modi ad negationem rei. Quum enim deponere papam contingat multis modis scilicet per prouidentiam humanam, & per orationem ecclesie perseuerantem, & neutro modo opus sit nisi in casu vere necessitatis, ex hoc quod ecclesie non est concessum quod possit deponere per viā prouidentie humane, nō sequitur ecclesie non esse concessum, quod possit deponere papam; quoniam alia via, s. orationis perseuerantis, infalibiliter potest, quoniam n. per amicos possumus, per nos aliquo modo posse testatur Philoſophus, quanto magis quæ per patrem possumus?

Ad primum ergo negatur sequela, & ad probationem dicitur, quod vtraque politia (scilicet tam ciuili quàm ecclesiastica) potest deponere tyrannicè regentē ipsam, sed diuertimodè; quia ciuili perfecta & libera potestatiue; & per prouidentiam humanam, ecclesiastica autē per potestatem sui patris orationis perseuerantiam, quando vere oportet. Et hic modus quidem excellentior, & non potens errare, sicut primus, & melior, & propterea non min⁹ bene, sed melius prouisum est ecclesiastice reip. de modo abiiciendi a se malum ministrum q̄ ciuili.

Ad secundum negat ē sequela, quia cōtra Christianam nata est seruā, ac per hoc naturali iure sibi nō competit potestas super principem suum; & consequenter nec super principis vicarium nisi a principe sibi concedatur. Vnde licet verum sit, quod ecclesiastica communitas distincta cōtra principem non habeat super principem & eius vicarium tyrannizantem authoritatiuam potestatem, non tamen adempta est sibi a Christo, aut quocūque alio mō, sed ex natura sua; quia seruā nata est, contraxit hæc negationem. Ad tertium autem dicitur, quod non fuisset opportunius remedium prouidentia humana, quàm oratio ecclesie perseuerans. Tum quia prouidentia humana falli potest (cogitationes siquidem mortalium timida & incerte prouidentie nostre) oratio autē ecclesie perseuerans falli non potest. Depone remus forte, quando non oportet, non prouidentes futura, nec occulta scrutantes. Oratio autē ecclesie perseuerans non deponet quoniam non oportet, quia bonus dominus negat quod nolumus, vt tribuat quod mallems. Tum quia facilius, minus impedibilis, & efficacior causa est oratio ecclesie perseuerans pro se in necessarijs ad salutem ecclesie, quàm tota omnium hominum prouidentia: hæc. n. difficile consonat, potentia impediri potest, & omnia subiecta non habet; descripta autem oratio facile consonat, non potentia aliqua humana impediri, & omnia sub Deo subiecta habet. Mirum est autem de subiunctis, s. quod dicere Deum solum orationis remedium reliquisse, & c. solum enim hoc remedium tanquam supremum, & efficax simpliciter relictum dicimus existentibus multis alijs remedijs per viam admonitionis, & c. Mirum autē dico, quoniam naturaliter ex eisdem tueamur, ex quibus sumus & conseruamur, & Christiana respub. ex oratione sit adaueta, & in uno ouili constituta dicente Patre ad Christum, postula à me & dabo tibi Genes hæreditatem tuam & ex oratione conseruetur (dicente Christo ad Petrum. ego rogavi pro te, ut nō deficiat fides tua) naturali quoque ordine oratione defendenda est, contra tyrannicè regentem.

Mirum

Mirum dico, nisi quis putet orationē ecclesie perseverantem pro se in vera sui necessitate posse deficere, quod proprie infidelitatem esse, si infidelitas non est parvulo meo iudicio videtur: diuine siquidem prouidentie, quam in specie de ecclesia sua habet, derogare videtur. Si enim natura non deficit in necessariis, quomodo Deus qui dedit semetipsum ecclesie, deficiet illi in necessariis, seruatis ex parte ecclesie seruandis, ut patet ex descriptis conditionibus orationis: Mirum demum dico, quoniam si efficax hoc orationis ecclesie, &c. remedium indubitur creditur, cur insufficienter prouisum ecclesie dicitur de remedio opportuno? Et per hunc modum

A. Excludendi papam tyrannum ab ecclesia satisfit omnibus quae obiciuntur de corpore respectu membri contagiosi, & similibus. ad omnia siquidem fat est oratio perseverans ecclesie. pro cuius zelo hanc respondendi curam suscepi: arbitratus quibusdam licet non omnibus friuolis obiectis respondisse, vituperandum non esse hac vice. Rogo igitur lectores, vt equos se prebeant interpretes aut censores: nihil. n. hic aut alibi mihi, sed rōni uel auctoritati allata tribui volo; hoc etiam ubique & sp̄ sub sacrosanctę Romanę ecclesie correctione. Romę die 29. Nouembris 1512. Ad laudem & gloriam Domini nostri Iesu Christi, Amen.

AD LEONEM DECIMUM PONT. MAX.

DE DIVINA INSTITVTIONE PONTIFICATVS

TOTIVS ECCLESIAE IN PERSONA PETRI APOSTOLI,

Libellus Thomę de Vio Caietani, Cardinalis Sancti Xisti.



LEVSTREM sapientibus sententiam in vulgarem quoque lucem proferri exigunt, Pater beatissime, qui ea, quę a seipsis manifesta sunt, ab his quę per alia nota fiunt, non discernentes, nodum (vt aiunt) in scripto quærunt: & meridiana in luce cæcutientes, offendunt. Obnubilandi siquidem euangelicam claritatem tanta est licentia his, qui sua non sunt forte contenti, vt Ecclesie vultus, licet serenissimus, nouitatum inuolucris perturbetur: quippe quorum studium est cerra & lucida in quæstionem vertere, ac obscura alijs reddere. Ea propter Petri, successorumque eius Romanorum Pontificum principatus (tot etates, tempore, atque auitates tranquilla possessione obtenti) ius euangelico Sole fulgens, impetum argumentationibus inuoluentibus exercitatos parum in sacris literis tueri, tenebris exuere atque in medium proferre sic intendimus, vt veritas hæc omnibus luceat, & proprijs splendoribus vni uersę creaturę penetra lia attingat. Habeat igitur catholica Ecclesia tibi credita, Pater benignissime, lucubratiunculam hanc pro rudioribus, ne obscuritatibus obruantur.

TRACTATVS TERTIVS THOMAE
de vno Caietani Cardinalis S. Xisti De Romani
Pontificis institutione, & auctoritate
in Quatuordecim capita diuisus.

S V M M A R I A.

- 1 Quid, quomodo, & quo ordine tractandum est.
- 2 Petri personę & non dono reuelationis, aut beatitudinis promissę sunt clauę.
- 3 Persona Petri in se, & non solum in persona ecclesie promissę esse clauę.
- 4 Verba Christi, Tibi Petro dabo, non in persona omnium Apostolorum dicta esse.
- 5 Apostolis alijs non esse aliã collatum quod Petro.
- 6 Solum Petrum accepisse clauę, consonat ei, quod est, ecclesiam accepisse clauę.
- 7 Promissum esse Petro totius ecclesie pontificatum in antedictis promissionibus.
- 8 Personę Petri quamuis charitate qualificatę, dictum esse, Pasce oues meas.
- 9 Soli Petro, ita quod non alijs Apostolis, dictum est, Pasce oues meas.
- 10 Petro soli uniuersam committi ecclesiam per hæc uerba Christi, Pasce oues meas.
- 11 Petro per hæc uerba, pasce oues meas, commissum a Christo pontificatum totius ecclesie.
- 12 Petrum habere ex Christi institutione successorem in pontificatu ecclesie catholice.
- 13 Romanum Pontificem succedere Petro in Pontificatu totius ecclesie.
- 14 Auctoritates sanctorum antiquorum & conciliorum, affirmantes Ro. Pontificis successoris Petri Pontificatum super totam ecclesiam a Christo institutum a Petro.

CAPVT I.

Quid, quomodo, & quo ordine de Rom. Pontificis institutione tractandum est.



PRINCIPATVS Romani Pontificis super vniuersas Christi ecclesias, quamuis quæstionibus multis pulsatus fueris, nostro tamen proposito vnica inuestigatione absolueudus occurrit. Nō enim vertitur hic in dubium, an Romanus, Pontifex sit de facto caput ecclesie: nec an idē potestatem habeat a Deo eo modo quo iuxta apostolum Rom. 13. Nō est potestas nisi a Deo, & quę a Deo sunt ordinata sunt; & sicut potestas regia in veteri testamēto erat a Deo: iuxta illud primi Reg. 8. Audi uocem eorum, & constitue super eos regem. eiusmodi enim omnia aduersariorum multi affirmant. sed vertitur in quæstionem, an a Christo institutus fuerit Rom. Pontifex super omnes ecclesias principatus in beato Petro; ita quod instituerit Christus Petrum cum eius successoribus suum vicariū ad gubernandum oēs Christi ecclesias. Quo fit ut loca a rationibus & auctoritatibus affirmantibus Petrum; seu Romanum Pontificem fuisse, seu esse caput omnium ecclesiarum, a presenti secreta sint intentione: & ea dumtaxat afferenda sint ex quibus Christus Dominum contulisse huiusmodi principatum Petri soli habetur.

Quia verò ex factis literis p̄der omnis quæstionis huius veritas, & duo sunt præcipui textus, scilicet Marth. 16. & Io. vlt. expresse de hoc mysterio loquentes: ideo primo iuxta utrunque textum inuestigandū est an soli Petro uerba Christi dicta sint. Secun-